6. Helenus, postquam ____________ [= bovēs iuvenēs] immolāvit, Aenēam dē perīculīs quae ā fretō Siculō nautīs impendent certiōrem fēcit.
7. Scylla ex ____________ obscūrō nāvēs in saxa trahit, et Charybdis nāvēs in ____________ [= vorāginem] mergit.
8. ____________ [= melius est] tōtam Siciliam ____________ quam mōnstra illa terribilia ____________ [= cognōscere quālia sint].
9. Helenus ____________ erat, quī dīvīnō modō rēs futūrās praedīcere poterat.
10. Cum Trōiānī inde ____________ essent [= discessissent], post sōlis ____________ [< occidere] in lītus exiērunt.
11. Mediā nocte profectī, cum iam ____________ rubēret, Italiae lītus cōnspexērunt.
12. Anchīsēs ____________ vīnō implēvit atque deōs sīc invocāvit: "*Dī maris et terrae tempestātumque* ____________!"
13. Trōiānī in terrā illā Graecōrum ____________ [< mora] nōluērunt.

agnōscere
antrum
aurōra
circumīre
cāsus
dīgredī
experīrī
exterrēre
extrēmus
gurges
incrēdibilis
invītāre
iuvencus
lūcus
Mānēs
morārī
occāsus
pallēscere
patera
potēns
praestāre
rērī
ut (+ perf)
vidua
vātēs

Exercitium 7

1. Cuius uxor fuerat Andromachē? ...
2. Trōiā captā quis Andromachēn et Helenum in Ēpīrum abdūxerat? ...
3. Ā quō Pyrrhus interfectus est? ...
4. Quō rēgnō Helenus potītus est et quam uxōrem dūxit? ..
5. Quid Andromachē agēbat in lūcō extrā urbem? ...
6. Quid Andromachē ab Aenēā quaesīvit? ...
7. Quōmodo Helenus Aenēam sociōsque eius recēpit? ...
8. Quid Aenēās Helenum interrogāvit? ...
9. Quid Helenus dē fretō Siculō nārrāvit? ...
10. Quid Trōiānīs profugīs suāsit? ...

11. Quod dōnum Ascanius accēpit ab Andromachē? ...
12. Mediā nocte profectī quid Trōiānī prīmā lūce cōnspexērunt? ...
13. Quōmodo Anchīsēs Italiam salūtāvit? ...
14. Cūr Trōiānī in eā regiōne Italiae morārī nōluērunt? ...
15. Cui deae sacrificāvērunt antequam ad Siciliam profectī sunt? ...

Lēctiō III

Lēctiō tertia: versūs 148–213

cum *inversum* (*in-vertere* = ōrdinem inter sē mūtāre)

Exercitium 8

Exemplum: Cum nautae haec falsa nārrārent, Arīōn repente intrāvit = Nautae haec falsa nārrābant, cum Arīōn repente intrāvit.

1. Cum omnēs dēspērārent, subitō prōdigium visum est = Omnēs .....
2. Cum iam portīs appropinquārent, Anchīsēs exclāmat... = ...
3. Cum Aenēās dormīret, Hector eī appāruit = ...
4. Cum Aenēās diū uxōrem vocāvisset, imāgō Creūsae eī appāruit = ...
5. Cum Trōiānī iam arva nova colerent, pestilentia eōs afficere coepit = ...
6. Cum iam aurōra rubēret, procul humilēs collēs appāruērunt = ...
7. Cum vix haec dīxisset, Polyphēmum vīdērunt = ...

acūtus
cavus
concurrere
cōnfectus
cōnferre sē
contremēscere
ēdere
egomet
ēmittere
flētus
fūmus
genitor
horribilis
incīdere
incitāre
īnfandus
īnfōrmis
lapis
nīmīrum
ortus
quīcumque
scopulus
sepelīre
sepulcrum
supplex
terror
trepidus
vescī

Exercitium 9

1. Ā fretō Siculō audiēbātur fragor __________ [< horrēre] quem __________ flūctibus pulsātī __________ [< ē + dabant].
2. "__________ [= scīlicet] haec est illa Charybdis" inquit Anchīsēs.
3. Ex monte Aetnā __________ āter et flammae in caelum surgunt.
4. Nōnnumquam __________ [= parva saxa] cum māximō fragōre ex monte interiōre __________.
5. Ante sōlis __________ [< orīrī] vir fame __________ exiit ē silvīs.
6. Ad lītus sē __________ cum __________ [< flēre] precibusque.
7. __________ [= ōrāns] manūs ad Trōiānōs extendit et "Hinc tollite mē" inquit, "in quās __________ terrās mē abdūcite!"
8. Vir Graecus, cum __________ [< terrēre] eius cessisset, nārrāre coepit dē mōnstrō __________ [= horrendō] quī carne hūmānō __________.
9. "Ego__________ [= ego ipse]" inquit "vīdī eum duōs sociōs meōs dēvorāre!"
10. Graecī hastam __________ in Cyclōpis oculō ūnō et sōlō dēfīxērunt.
11. Trōiānī __________ [= pavidī] Polyphēmum caecum accēdere vīdērunt, *mōnstrum horrendum,* __________, *ingēns, cui lūmen adēmptum!*
12. Fūnēs __________ [= secuērunt] et nāvēs rēmīs __________ [= citō ēgērunt].
13. Clāmōre Polyphēmī __________ [= valdē tremuit] terra et mōns __________ [= penitus vacuus] resonuit.
14. Cēterī Cyclōpēs __________ [= in eundem locum cucurrērunt].
15. In Siciliā __________ [= pater] Aenēae mortuus est et in monte Eryce __________.
16. __________ Anchīsae situm est in monte Eryce.

Exercitium 10

1. Cūr Trōiānī per fretum Siculum nōn nāvigāvērunt? ...
2. Quō deinde advectī sunt? ...
3. Cūr Trōiānī perterritī in silvīs latuērunt?
4. Quid ex monte Aetnā ēmittitur? ...
5. Quī vir ex silvīs prōcessit? ...
6. Cūr ille exterritus restitit? ...
7. Quid Anchīsēs virum ignōtum interrogāvit? ...

8. Quid vir Graecus respondit?
9. Quōmodo Ulixēs necem sociōrum suōrum ultus erat? ...
10. Ūnō oculō perditō nōnne Polyphēmus alterō oculō vidēre poterat? ...
11. Quid Trōiānī Polyphēmum agere vīdērunt? ..
12. Quid fēcērunt Trōiānī, ut quam celerrimē fugerent? ...
13. Ā quō benignē receptī sunt in Siciliā? ...
14. Quem Aenēās in monte Eryce sepelīvit? ...

Lēctiō grammatica

Lēctiō grammatica

Exercitium 11

hic haec hoc

Prōnōmen dēmōnstrātīvum hic haec hoc.

	singulāris *m*	*f*	*n*	*plūrālis* *m*	*f*	*n*
1. *nōm*	h______	h______	h______	h______	h______	h______
2. *acc*	h______	h______	h______	h______	h______	h______
3. *gen*	h______	h______	h______	h______	h______	h______
4. *dat*	h______	h______	h______	h______	h______	h______
5. *abl*	h______	h______	h______	h______	h______	h______

6. H______ modō dēclīnātur h______ prōnōmen.
7. Dēclīnātiō h______ prōnominis haud facilis est.
8. H______ prōnomina *hic, iste, ille* appelllantur 'dēmōnstrātīva'.
9. H______ prōnominibus dēmōnstrantur rēs et hominēs.
10. Dēclīnātiō h______ prōnōminum bene discenda est.
11. H______ libellō titulus est EXERCITIA LATINA.
12. H______ libellus multa exercitia continet.
13. H______ pāgina exercitium habet de h______ prōnōmine: *hic haec hoc.*
14. Exercitia quae h______ libellō continentur discipulīs solvenda sunt.
15. Quī h______ libellum legit et h______ exercitia solvit grammaticam Latīnam discit.

Exercitium 12

-et -ētur: *praes ind? praes coni? fut?*

Quod tempus? futūrumne (fut) an praesēns indicātīvī (praes ind) an praesēns coniūnctīvī (praes coni)?

Exempla: neget: *praes coni;* auget: *praes ind;* leget: *fut.*

1. dolet: ____________; colet ____________; ambulet ____________.
2. scrībet: ____________; habet: ____________; turbet ____________.
3. movet: ____________; vīvet: ____________; servet: ____________.
4. gaudet: ____________; claudet: ____________; laudet: ____________.
5. vocet: ____________; docet: ____________; dūcet: ____________.
6. manet: ____________; canet: ____________; cēnet: ____________.
7. amet: ____________; timet: ____________; sūmet: ____________.
8. aget: ____________; neget: ____________; auget: ____________.
9. pāret: ____________; ōret: ____________; curret: ____________.
10. portet: ____________; patet: ____________; mittet: ____________.
11. iaciet: ____________; cruciet: ____________; sciet ____________.
12. nūntiet: ____________; sentiet: ____________; rapiet: ____________.
13. fatētur: ____________; ūtētur: ____________; mūtētur: ____________.
14. fruētur: ____________; tuētur: ____________; statuētur: ____________.

Exercitium 13

1. agnōscere, __________isse
2. concurrere, con__________isse
3. condere, con_____isse, con__________um esse
4. contremēscere, con__________isse

dī-gredior -iuntur

5. dīgredī, dī__________um esse
6. ēdere, ē__________isse, ē__________um esse
7. efferre, ex__________isse, ē__________um esse
8. excēdere, ex__________isse
9. incīdere, in__________isse, in__________um esse
10. linquere, __________isse, __________um esse
11. pallēscere, __________isse
12. prōcēdere, prō__________isse
13. resistere, re__________isse
14. sentīre, __________isse, __________um esse
15. sepelīre, __________isse, __________um esse
16. torrēre, __________isse, __________um esse

Cap. XXXIX

Lēctiō I

abripere
arcēre
bellicōsus
colligere
crēber
disicere
dispellere
ferīre
impellere
iūdicium
iūdicāre
memor
mōlēs
nāre
pontus
rēgīna
rigēre
scēptrum
sēdāre
sinus
tridēns
vadum
vertex
volvere

CAPITVLVM VNDEQVADRAGESIMVM

Lēctiō prīma: versūs 1–65

Exercitium 1

1. Iūnō, deōrum __________ [*f* < rēx], īrāta erat ob __________ Paridis, quī Venerem deam pulcherrimam esse __________ [= cēnsuerat].
2. Huius reī __________ [= reminīscēns] Iūnō ā Latiō __________ [= prohibēbat] Trōiānōs, quī novam urbem condere cupiēbant.
3. *Tantae* __________ *erat Rōmānam condere gentem!*
4. Iūnō Aeolum, rēgem ventōrum, rogāvit ut classem Trōiānōrum submergeret aut __________ [= in variās partēs iaceret].
5. Simul atque Aeolus montem hastā __________ [= pulsāvit], ventī mare turbant et magnōs flūctūs ad lītora __________ [= circumagunt]
6. Per caelum obscūrum __________ [= frequentia] fulgura micant.
7. Membra frīgentia __________ [= flectī nōn possunt].
8. Aliae nāvēs in saxa perīculōsa __________ [< ab + rapiuntur], aliae ab altō in __________ [↔ altum] feruntur.
9. Ūna nāvis ingentī flūctū __________ [= pulsātur] et in __________ [= vorāginem] mergitur.
10. *Appārent rārī* __________ [= natantēs] *in gurgite vāstō.*
11. Neptūnus vērō flūctūs turbidōs __________ [↔ turbāvit] et nūbēs __________ [= in variās partēs pepulit].
12. Aenēās septem nāvēs __________ [↔ sparsit] in __________ [= lītus curvum], ubi īnsula portum efficit inter duōs scopulōs.
13. __________ [< trēs + dēns] est __________ Neptūnī, cui imperium __________ [= maris] datum est.
14. Rōmulus fuit rēx __________ [= bellī studiōsus].

Exercitium 2

adi + gen
amāns
cupidus
ignārus
memor
plēnus
potēns
studiōsus

1. Quī pecūni______ cupit est __________ pecūni______.
2. Quī patri______ amat __________ patri______ est.
3. Quī vi______ ignōrat vi______ __________ est.
4. Quī litter______ studet __________ litter______ est.
5. Pōculum vīn______ implētur; iam pōculum __________ est vīn______.
6. Neptūnus mar______ imperāre potest; is deus mar______ __________ est.
7. "Dī mar______ et terr______ tempestāt______que __________!"
8. Iūnō Paridis iūdici______ meminerat. Paridis iūdici______ __________ Iūnō Trōiānōs persequēbātur.

Exercitium 3

1. Quam urbem Iūnō ante omnēs dīligēbat? ...
2. Quamobrem Trōiānōs ōderat Iūnō? ...
3. Quam deam Paris pulcherrimam esse iūdicāverat? ...
4. Cūr Minerva Graecōrum classem disiēcerat? ...
5. Quōmodo Iūnō classem Trōiānōrum disiēcit? ...
6. Quis est Aeolus et quid est officium eius? ...
7. Cūr Aenēās optāvit ut prō patriā pugnāns occidisset? ...
8. Cūr nāvēs nec vēlīs nec rēmīs agī poterant? ...
9. Trēs nāvēs quō tempestāte abreptae et aliae trēs quō lātae sunt? ...
10. Quid factum est ante ipsīus Aenēae oculōs? ...
11. Cui datum est imperium maris? ...
12. Cum mare tantā tempestāte miscērī vidēret, quid fēcit Neptūnus? ...
13. Quō vectae sunt nāvēs quae ex tempestāte supererant? ...
14. Quid fēcērunt Trōānī ē nāvibus ēgressī? ...

Lēctiō secunda: versūs 66–156 — *Lēctiō II*

Exercitium 4

Dā contrāria!

Exemplum: Omnēs loquuntur: nēmō tacet.

1. Multī dormiunt: __________ __________.
2. Vīta urbāna mihi molesta est: Vīta __________ mihi __________ est.
3. Servus numquam abest: Servus __________ __________.
4. Aestās est tempus calidum: __________ est tempus __________.
5. Calor vīneīs prōdest: __________ vīneīs __________.
6. Vesperī sōl occidit: __________ sōl __________.
7. Discipulus piger reprehenditur: Discipulus __________ __________.
8. Nōn omnēs dīvitēs beātī sunt: Nōn omnēs __________ __________ sunt.
9. Agricola in sōle labōrat: Agricola in __________ __________.
10. In montem ascende!: In __________ __________!
11. Aestāte nāvēs dēdūcuntur: __________ nāvēs __________.
12. Puppis est pars nāvis posterior: __________ est pars nāvis __________.
13. Puer versūs intellegit quia facilēs sunt: Puer versūs intellegit __________ __________ sunt.

animus
aper
appellere
cēlāre
cervus
clam
comitātus
-cumque, quī- quae-
decor
dēvenīre
discrīmen
dūrāre
ēlūdere
explōrāre
fēlīx
forsan
gestāre
gradī
honōs
hostia
impius
incūsāre
nebula
nūdāre
obviam
onerāre
ōrae
patefacere
praeda
quīcumque
resurgere
simulāre
tendere
thēsaurus
vēnārī
vōsmet

ablātīvus *līmitātiōnis*
< līmitāre = fīnīre, fīnēs statuere (significātiōnis)

Exercitium 5

1. Aenēās septem ____________ ē magnō grege sagittīs occīdit.
2. Hanc ____________ sociīs suīs dīvīsit, quōs sīc cōnsōlātus est:
3. *"Ō sociī! ... Revocāte* ____________ [↔ timōrem] *maestumque timōrem mittite!* ____________ [= forsitan] *et haec ōlim meminisse iuvābit!*
4. *Per variōs cāsūs, per tot* ____________ [= perīcula] *rērum* ____________ [= īmus] *in Latium, sēdēs ubi fāta quiētās ostendunt: illīc fās rēgna* ____________ *Trōiae.*
5. ____________ [< dūrus] *et* ____________ *rēbus servāte secundīs!"*
6. Posterō diē Aenēās nova loca ____________ [= īnspicere] cōnstituit.
7. Ūnō Achātē ____________ [< comitārī] per silvam ____________ [= ambulat].
8. Ibi Venus eī ____________ iit [= occurrit], quae arcum et sagittās ____________ [= gerēns] ____________ [< similis] sē in silvā ____________ [= ferās persequī].
9. Venus ab Aenēā quaesīvit 'an forte vīdisset sorōrem suam ____________ [= porcum ferum] persequentem.'
10. Aenēās deam aliquam sē vidēre arbitrātus "Quae____________ es" inquit, "sīs nōbīs ____________ [= favēns] et doceās nōs quibus in ____________ versēmur."
11. Prōmīsit 'sē multās ____________ illī deae immolātūrum esse.'
12. Venus 'sē Karthāginiēnsem esse' dīxit, 'nec tālī ____________ dignam.'
13. Pygmaliōn, rēx Tyrī , frātrem suum Sychaeum ____________ [= occultē] necāvit et scelus suum diū ____________ [= occultāvit].
14. In somnīs Sychaeus uxōrī suae Dīdōnī appāruit, pectus suum vulnerātum ____________ [< nūdus] et scelus rēgis ____________ [↔ cēlāvit].
15. Sychaeus mortuus uxōrī veterēs ____________ aurī et argentī mōnstrāvit eīque suāsit ut nāvēs aurō ____________ [< onus] et ex patriā excēderet.
16. Dīdō cum cīvibus quī rēgem ____________ [↔ pium] ōderant ad ōram Āfricae ____________ [= pervēnit], ubi novam urbem condidit.
17. Aenēās nārrāvit 'sē tempestāte ad ōram Libyae ____________ esse.'
18. Postrēmō, cum dea dīvīnō ____________ [< decēre] fulgēret, Aenēās mātrem suam agnōvit eamque ____________ [= accūsāvit]: "Ō māter crūdēlis! Quid fīlium tuum ____________ [= fallis ac dērīdēs]?"
19. ____________ est nūbēs quae terram operit.

Exercitium 6

Exemplum: Quīntus ped<u>e</u> et bracchi<u>ō</u> aeger est.

1. Iūnō Aeolō Nympham fōrm____ pulcherrimam uxōrem prōmīsit.
2. Nerō ment____ sānus nōn erat.
3. Vulcānus alter____ ped____ claudus est.
4. Hostēs numer____ superiōrēs fuērunt.
5. Paucae nāvēs, numer____ septem, ē tempestāte servātae sunt.
6. In labyrinthō vīvēbat terribile mōnstrum nōmin____ Mīnōtaurus.
7. Via Appia aliās viās longitūdin____ superat
8. Frāter mē aetāt____ māior est.
9. Nūlla dea Venerī pār est pulchritūdin____.
10. Me____ sententi____ Vergilius et Ovidius ingeni____ comparandī nōn sunt.

Exercitium 7

1. Quid Aenēās ē scopulō prōspiciēns vīdit? ...
2. Quot cervōs occīdit? ...
3. Quibus illam praedam partītus est? ...
4. Quōmodo Trōiānī vīrēs et animum restituērunt? ...
5. Quis Aenēae in silvā obviam iit? ...
6. Cūr Aenēās mātrem suam nōn agnōvit? ...
7. Quid deam interrogāvit? ...
8. Unde Dīdō in Āfricam vēnerat? ...
9. Cūr illa Tyrō fūgit? ...
10. Quōmodo Dīdō scelus Pygmaliōnis cognōvit? ...
11. Unde Dīdō magnum aurī pondus quaesīvit? ...
12. Quō Tyriī profugī vēnērunt? ...
13. Quid Aenēās deae nārrāvit? ...
14. Quid Venus Aenēae nūntiāvit? ...
15. Quōmodo Aenēās mātrem suam agnōvit? ...
16. Cūr nēmō Aenēam et Achātēn vidēre poterat? ...
17. Quō Venus sē contulit? ...

Lēctiō tertia: versūs 157–234 — *Lēctiō III*

Exercitium 8

ut/nē + *coni*

1. Hector in somnīs Aenēam monuit ______ deōs Penātēs cap______ atque ex urbe incēnsā fug______.
2. Aenēās arma cēpit, ______ patriam dēfend______.
3. Aenēās iuvenēs hortātur ______ sē arm______ et strictīs gladiīs in mediōs hostēs sē praecipit______.
4. Venus Aenēae suāsit ______ celeriter domum ad suōs fug______.
5. Fīlius et nepōs Anchīsae suādent ______ omnēs suōs sēcum perd______.
6. Multī Trōiānī eō convēnerant, ______ cum Aenēā proficīsc______.
7. Helenus Aenēam dissuāsit ______ per fretum Siculum nāvigā______.
8. Iūnō rēgem Aeolum ōrāvit ______ classem Aenēae disic______.
9. Posterō diē Aenēās exiit, ______ nova loca explōrā______.
10. Sychaeus in somnīs uxōrī suāsit ______ ex patriā excēd______.
11. Īlioneus: "Tē ōrāmus ______ nōs ab ōrīs Āfricae arce______. Nōn vēnimus, ______ praedam faci______. ... Hoc tantum ōrāmus ______ nōbīs lic______ classem subdūcere et nāvēs frāctās reficere."
12. Venus Aenēam nebulā circumfūdit, ______ quis eum cernere pos______.
13. Penātēs Aenēam monuērunt ______ longum fugae labōrem recūsā______: "Tū longum fugae labōrem ______ recūsāv______ [= nōlī recūsāre]!"
14. Andromachē dubitābat an Aenēās vīveret, sed ille eam hortātus est ______ dubitā______: "Vīvō equidem. ______ dubitāv______ [= nōlī dubitāre]!"

Exercitium 9

1. Aenēās et Achātēs collem ____________ [= ascendunt] quī urbī Karthāginī ____________.
2. Aenēas admīrātur ____________ [< industrius] cīvium, quī novīs aedificiīs ____________ [↔ culmina] locant.
3. "Ō ____________ [= fēlīcēs], *quōrum iam moenia surgunt*" inquit Aenēās, tum urbem intrat et singula opera ____________ [= īnspicit].
4. In novō templō imāginēs bellī Trōiānī ____________ erant.
5. Aenēās, cum in imāginibus Graecōs et Trōiānōs ____________ [= bellum gerentēs] vidēret, lacrimīs vultum ____________.

addūcere
Auster
bellāre
caterva
compellere
fortūnātus
fundāmentum
genus
imminēre

incēdere
industria
īnstāre
lūstrāre
obtūnsus
ōrdīrī
paenitēre
perfundere
pingere
saltem
scandere
solium
statuere
superbia

6. Trōiānōs vīdit cēdentēs, cum Achillēs currū __________ [= premeret].
7. Hīc Dīdō rēgīna ad templum __________ [= prōcessit] magnā iuvenum __________ [= multitūdine] comitāta, atque in __________ altō cōnsēdit.
8. Subitō Aenēās quōsdam sociōs suōs __________ [↔ abdūcī] vīdit.
9. Īlioneus rēgīnae nārrāvit 'Trōiānōs __________ [= Notō] disiectōs ad ōrās Āfricae __________ [↔ dispulsōs] esse.'
10. Tum Dīdō sīc __________ est [= loquī coepit]:
"Quis __________ [= gentem] *Aeneadum, quis Trōiae nesciat urbem? ...*
Nōn __________ [↔ acūta] *adeō gestāmus pectora Poenī."*
11. *"Urbem quam* __________ [= cōnstituō] *vestra est. Subdūcite nāvēs!"*
12. Trōiānī, sī in Italiam īre nōn licēret, in Siciliam __________ redīre cupiēbant.
13. Aenēās: "Mē nōn __________ miserō Graecō auxilium tulisse."
14. Tanta erat __________ [< superbus] Nerōnis ut domum auream sibi aedificāverit.

Exercitium 10

1. Quid Aenēās et Achātēs mīrābantur ex colle dēspicientēs? ...
2. Num quis eōs urbem intrantēs vīdit? ...
3. Quae imāginēs in templō Iūnōnis pictae erant? ...
4. Quamobrem Aenēās magnum gemitum dedit? ...
5. Quālis erat Dīdō rēgīna ad templum incēdēns? ...
6. Ubi Dīdō cōnsēdit et quid agēbat? ...
7. Quī hominēs ad rēgīnam adductī sunt? ...
8. Quid Īlioneus Dīdōnem ōrāvit? ...
9. Quid Īlioneus dē sē et sociīs suīs nārrāvit? ....
10. Num cāsus Trōiae Dīdōnī ignōtum erat? ...
11. Quid Dīdō Trōiānīs pollicita est? ...
12. Hoc audientēs quid Aenēās et Achātēs cupiēbant? ...

Lēctiō IV

abolēre
apparāre
conticēscere
cōram
dapēs
error
faciēs
fax
fūnus
gignere
īnscius
īnsidiae
intentus
lībāre
ministra
obstupēscere
paulātim
pendēre
praemittere
purpura
quiēs

Lēctiō quārta: versūs 235–316

Exercitium 11

1. Aenēās: "Ō rēgīna! Dum __________ [= stēllae] in caelum surgent, semper honōs tuus manēbit!"
2. Dīdō, cum Aenēam __________ [= praesentem] aspiceret, __________ [= stupēns facta est].
3. Dīdō: "Tūne ille Aenēās quam Anchīsēs et Venus __________?
Quārē agite, ō, tēctīs, iuvenēs, __________ [= subīte] *nostrīs!...*
Nōn ignāra malī miserīs __________ [= auxilium ferre] *discō."*
4. In rēgiā suā Dīdō magnificum convīvium __________ [= parāvit].
5. __________ [= lectī] veste __________ et __________ Tyriā strātī sunt.
6. Aenēās Achātēn __________ [= ante mīsit], quī Ascanium arcesseret.
7. Venus cūrāvit ut Cupīdō, __________ [= fōrmā] mūtātā, prō Ascaniō venīret.
8. Centum ministrī et totidem __________ [*f*] convīvīs __________ [= cibum] et vīnum apposuērunt.
9. Lucernae quae dē tēctō __________ et __________ ārdentēs triclīnium illūstrābant.
10. Dīdō __________ [= nesciēns] Cupīdinem in gremium accēpit.
11. Cupīdō __________ [↔ subitō] marītum mortuum ē memoriā Dīdōnis __________ [= dēlēre] coepit et novum amōrem accendere __________ [= cōnātus est].

12. Dīdō, postquam Iovem precāta est, vīnum in mēnsam ____________.
13. Omnēs ____________ [= loquī dēsiērunt] atque ____________ [= attentī] Aenēam audīvērunt nārrantem ______ [= quōmodo] Trōia ____________ [= dolō] Graecōrum capta atque incēnsa esset.
14. Cum ____________ [< errāre] suōs et ____________ patris [= patrem sepultum esse] in Siciliā nārrāvisset, tandem ____________ [= somnō] sē dedit.

sīdus
succēdere
succurrere
temptāre
torus
ut *adv*
vestis picta

Exercitium 12

Exemplum:
(Dominus) serv<u>um</u> tacēre iube<u>t</u>/ius<u>sit</u> = serv<u>us</u> tacēre iubē<u>tur</u>/ius<u>sus est</u>.

1. (Rēgīna) Tyriōs discumbere iubet = Tyri____ discumbere iub______.
2. (Rēx) Daedalum inclūdī iussit = Daedal____ inclūdī ______ ______.
3. (Cicerō) Catilīnam ex urbe ēgredī iubēbat = Catilīn____ ex urbe ēgredī iub __________.
4. (Caesar) Gallōs arma pōnere iussit = Gall____ arma pōnere ______ ______. Gallī arma posuērunt, ut iussī erant.

acc +*inf* + iubet/iussit
= *nōm* +*inf* + iubētur /iussus est

Exercitium 13

1. Cūr Aenēās deō similis ante Dīdōnem stābat? ...
2. Quam ob rem ille grātiās ēgit rēgīnae? ...
3. Quōmodo Dīdō Aenēam recēpit? ...
4. Quid ad cēterōs Trōiānōs missum est? ...
5. Quibus rēbus ōrnātum est triclīnium? ...
6. Quae mūnera Aenēās Dīdōnī darī iussit? ...
7. Quod cōnsilium Venus in animō versābat? ...
8. Cūr nēmō Cupīdinem prō Ascaniō venientem agnōvit? ...
9. In quō lectō accubuit rēgīna? ...
10. Quis in gremiō eius cōnsīdit? ...
11. Quid Cupīdō in gremiō Dīdōnis sedēns effēcit? ...
12. Quōmodo illūstrābātur triclīnium? ...
13. Quid Dīdō deōs precāta est? ...
14. Quōmodo Iōpās convīvās dēlectābat? ...
15. Quid Dīdō Aenēam rogāvit? ...
16. Num ille libenter cāsum Trōiae nārrāvit? ...
17. Ā quō factō fīnem nārrandī fēcit? ...

Lēctiō grammatica

Lēctiō grammatica

Exercitium 14

Utrum praesēns indicātīvī (<u>ind</u>) an coniūnctīvī (<u>coni</u>)?
Exemplum: claudat: <u>*coni*</u>; laudat: <u>*ind*</u>.

-at: *ind?* *coni?*

1. volat: ______; colat: ______
2. ēdūcat: ______; ēducat: ______
3. sentiat: ______; nūntiat: ______
4. nārrat: ______; currat: ______
5. cōgat: ______; rogat: ______
6. dōnat: ______; pōnat: ______
7. emat: ______; amat: ______
8. sacrificat: ______; perficiat: ______
9. occīdat: ______; trucīdat: ______
10. negat: ______; legat: ______
11. vertat: ______; certat: ______
12. canat: ______; cēnat: ______
13. cūrat: ______; ūrat: ______
14. vīvat: ______; servat: ______

-it
-unt -ere
-iunt -ere
-iunt -īre
-eunt -īre

Exercitium 15

Datur persōna 3 singulāris praesentis indicātīvī āctīvī (-it).
Dā persōnam 3 plūrālis (-unt/-iunt/-eunt) *et īnfīnītīvum praesentis* (-ere/-īre)!
Exemplum: venit, veniunt, venīre.

	pers 3 sing	*pers 3 plūr*	*īnf praes*
1.	plaudit	plaud______	plaud______
2.	audit	aud______	aud______
3.	pūnit	pūn______	pūn______
4.	pōnit	pōn______	pōn______
5.	alit	al______	al______
6.	salit	sal______	sal______
7.	tolllit	toll______	toll______
8.	mollit	moll______	moll______
9.	discit	disc______	disc______
10.	efficit	effic______	effic______
11.	gerit	ger______	ger______
12.	parit	par______	par______
13.	perit	per______	per______
14.	aperit	aper______	aper______
15.	redit	red______	red______
16.	reddit	redd______	redd______

Exercitium 16

dis-iciō -iunt

1. accumbere, ac________isse
2. appellere, ap________isse, ap________um esse
3. colligere, col________isse, col________um esse
4. compellere, com________isse, com________um esse
5. conticēscere, con________isse
6. dīligere, dī________isse, dī________um esse
7. disicere, dis________isse, dis________um esse
8. dispellere, dis________isse. dis________um esse
9. ēlūdere, ē________isse, ē________um esse
10. gignere, ________isse, ________um esse
11. impellere, im________isse, im________um esse
12. incēdere, in________isse
13. obstupēscere, ob________isse
14. pingere, ________isse, ________um esse
15. restāre, re________isse

Cap. XL

Lēctiō I

capra
cinis
concumbere
coniugium
cupīdō
dīlēctus
extemplō
fulmen
furere
grandō

CAPITVLVM QVADRAGESIMVM

Lēctiō prīma: versūs 1–69

Exercitium 1

1. Fēmina amōre flagrāns ____________ somnum capere nōn potest.
2. Dīdō, cui certum erat nūllī virō ____________ [< coniūnx] sē iungere, tamen amōrī Aenēae ____________ [= resistere nōn potuit]."
3. Dīdō: "Nōn dubitō ________ ille deā nātus sit... Sed ____________ [= utinam] Iuppiter mē ____________ percutiat priusquam fidem fallō!"
4. Anna sorōrem suam ____________ [= cāram] suāsit nē ____________ [= grātō] amōrī repugnāret atque ut sacrificiīs ā dīs ____________ peteret.
5. Ita animum sorōris amōre ____________ [= incendere] temptat.

6. Mulier __________ [= āmēns] flammā amōris ūritur.
7. Aenēae opēs suās __________ [= glōriōsē ostendit] et, novō convīviō parātō, postquam Aenēās discessit, lectō eius relictō __________.
8. Dum Dīdō et Aenēās in montibus vēnantur, __________ [= statim] tonāre incipit atque imber __________ mixtus __________ [= sequitur].
9. Aenēās et Dīdō eandem __________ [= idem antrum] petunt.
10. Fāma est mōnstrum volāns, cui tot __________ [= vigilantēs] oculī sunt quot __________ [= pennae] in corpore.
11. Fāma nārrābat 'Aenēam cum Dīdōne __________ [= eīdem lectō incubuisse] eōsque in __________ vītam agere, turpī __________ captōs!'
12. Neque vērō Dīdō fāmam __________ [= cūrat].
13. __________ ferae sunt bēstiae quae montēs arduōs ascendere possunt.
14. Ascanius ācrī equō cervōs __________ [= praeter cervōs it] leōnem quaerēns.
15. Germānī sunt hostēs Rōmānōrum __________ [= quī vincī nōn possunt].
16. __________ est quod igne relinquitur.
17. Magna est __________ [< potēns] deōrum.

incumbere
īnflammāre
īnsequī
invictus
luxus
ostentāre
placidus
placitus
plūma
potentia
praeterīre
quīn
respicit
spēlunca
succumbere
velim
venia
vigil

Exercitium 2

1. Nōn crēdō fābulam vēram esse = Dubitō ______ fābula vēra _____.
2. Crēdō fabulam vēram esse = Nōn dubitō _______ fābula vēra _____.
3. Nōn crēdō Neptūnum marī imperāre posse = Dubitō...
4. Crēdō Deum nōs servāvisse = Nōn dubitō....
5. Nōn crēdō Nerōnem urbem incendisse = Dubitō...
6. Crēdō gentem Iūliam ā Venere ortam esse = Nōn dubitō...
7. Dīdō: "Crēdō eum deā nātum esse" = "Nōn dubitō..."

dubitō num/an + *coni* = nōn crēdō + *acc* + *īnf*

nōn dubitō quīn +*coni* = crēdō + *acc* +*īnf*

Exercitia 3

1. Cūr Dīdō placidē dormīre nōn poterat? ...
2. Cui amōrem suum fassa est? ...
3. Cūr Dīdōnī certum erat nūllī virō nūbere? ...
4. Num Anna sorōrī suae suāsit ut novō amōrī repugnāret? ...
5. Quae gentēs Karthāginem cingunt? ...
6. Quārē Dīdō et Anna templa deōrum adeunt? ...
7. Quid Dīdō Aenēae ostentat? ...
8. Quārē novum convīvium Aenēae parat? ...
9. Quid facit postquam Aenēās dīgressus est? ...
10. Sōlusne Aenēās in montēs vēnātum iit? ...
11. Quās bēstiās Ascanius quaesīvit? ...
12. Cūr Dīdō et Aenēās in spēluncam dēvēnērunt? ...
13. Quae dea amantēs eō dūxit? ...
14. Quōmodo facta nova ā multīs hominibus cognōscuntur? ...
15. Quid tum fāma nārrābat dē Dīdōne et Aenēā? ...

Lēctiō secunda: versūs 70–150

Lēctiō II

Exercitium 4

Exemplum: Rēgī Latīnō ūna fīlia erat = Rēx Latīnus ūnam fīliam habēbat.

1. Trōiānīs classis XX nāvium erat = ...
2. Dīdō coniugem habēbat Sychaeum = ...
3. Īlioneus: "Rēx nōbīs erat Aenēās" = "....."
4. Aenēās vestem pretiōsam habēbat = ...
5. Erat illī ēnsis gemmīs fulgēns = ...

nōm +*acc* + (habēre) = *dat* +*nōm* + (esse)

6. Aenēās in animō habēbat Dīdōnem dēserere = ...
7. Aenēās: "Tū mihi uxor nōn es" = "....."
8. Dīdō: "Sī saltem īnfantem dē tē habērem = "....."
9. Dīdō: "Nōn est tibi dīvīna parēns!" = "....."
10. Quot caelō stēllae, tot sunt tuae Rōmae puellae = ...
11. Fāma est mōnstrum quod tot oculōs, tot linguās, tot aurēs habet quot plūmās in corpore = ...

Exercitium 5

1. Iuppiter, cum Aenēam Karthāgine morārī vidēret, "Quid ______?" inquit, "Nāviget! Hoc est ______ [= imperium] meum."
2. Mercurius ālās pedibus ______ et pedibus ______ [< āla] in Āfricam volat, ut mandātum Iovis ad Aenēam ______.
3. Aenēās, quī ______ [= palliō] pretiōsō indūtus erat, imperiō Iovis ______ [= stupefactus] ______ [= mūtus factus est].
4. Mandātō Iovis dēlātō, Mercurius ex oculīs Aenēae ______.
5. Trōiānōs ______ [= ad sē vocāvit] iīsque ______ [= imperāvit] ut classem clam ______ [= parātam facerent].
6. Rēgīna, quae id quod futūrum erat ______, Aenēam sīc appellat:
7. "Spērāsne" inquit, "tē tantum ______ [↔ fās] ______ [= cēlāre] posse et ______ tempore [= hieme] ex meā terrā clam ______ [= excēdere]?"
8. Dīdō Aenēam ōrāvit ut suī ______ [< miser] nēve sē hostibus ______ [= inimīcissimīs] dēsereret.
9. Dīdō: "Sī saltem fīlium dē tē habērem, sī ______ [= aliquī] parvulus Aenēās in ______ [= rēgiā] meā lūderet, nōn ______ [= plānē] dēserta vidērer."
10. Aenēās nōn negāvit 'Dīdōnem bene ______ esse [= meruisse] dē sē', sed negāvit 'sē eī ______ [= coniugium] prōmīsisse.'
11. Aenēās: "Dēsine ______ [< querī] tuīs mē incendere! Nōn meā ______ [= voluntāte] Italiam petō."
12. Dīdō dicta Aenēae nōn ______, sed dīcit 'eum ______ datūrum esse [= pūnītum īrī]!'
13. Aenēās multa dīcere parāns ______ [= dubiē morātur], sed Dīdō sermōnem ______ et aufugit.
14. ______ [= ancillae] rēgīnam collāpsam ______ et in lectō pōnunt.
15. ______ noctū surgunt ______ [= sīdera], totiēs imāgō patris Aenēam ______ [= monet].
16. Venus Aenēam ab armīs Graecōrum servāvit, ut posterī eius Rōmānī tōtum orbem sub lēgēs ______ [< sub + iacerent].
17. Leō et ______ sunt bēstiae ferae māximae.
18. Tigris nūtriēns ______ ad pullōs suōs ______, ut lac bibant.
19. Quī fidem fallit homō ______ est.
20. *Synōnyma*: cubiculum coniugum et ______; āmēns et ______; moriēns et ______; accipere et recipere et ______.

abrumpere
admonēre
admovēre
advocāre
ālātus
amictus
astrum
attonitus
aula
cōnūbium
cūnctārī
dēcēdere
dēferre
dēmēns
dissimulāre
ēvānēscere
excipere
famula
hībernus
īnfēnsus
mandāre
mandātum
merērī
miserērī
moribundus
nectere
nefās
obmūtēscere
omnīnō
ōrnāre
perfidus
poenās dare
praesentīre
querēlla
quī (sī quī...)
quotiēs
refellere
sponte
struere
subicere
suscipere
thalamus
tigris
ūber

Exercitium 6

1. Quārē Iuppiter Mercurium Karthāginem mīsit? ...
2. Quid Iuppiter Mercuriō mandāvit? ...
3. Quālem Mercurius Aenēam invēnit? ...
4. Quid Aenēās deī imperiō attonitus sē interrogābat? ...
5. Quid sociīs suīs mandāvit? ...
6. Quō annī tempore Trōiānī nāvigāre parābant? ...
7. Quōmodo Dīdō cōnsilia Aenēae cognōvit? ...
8. Quid Dīdō hospitem suum ōrāvit? ...
9. Quōs hostēs rēgīna timēbat? ...
10. Coniugēsne erant Aenēās et Dīdō? ...
11. Cūr Aenēās in Italiam proficīscī cupiēbat? ...
12. Quam grātiam Dīdō sibi referendam esse putābat? ...
13. Quid rēgīna sē spērāre dīxit? ...
14. Cūr Aenēās nihil ad haec respondit? ...
15. Quō famulae rēgīnam collāpsam ferunt? ...

Lēctiō tertia: versūs 151–217

Lēctiō III

Exercitium 7

1. Lȳdia: "Ō, ________ beāta sum! __________ est Deī ergā mē amor!"
2. Dīdō: "________ hospes tēctīs nostrīs successit! ________ nōbilis, ________ fortis! ________ bella nārrābat!"
3. Hector in somnīs Aenēae appāruit, sed ________ erat, ________ mūtātus ab illō Hectore quī victor rediit!
4. Īcarus: "Ō, ________ parvae īnsulae in marī ingentī sunt!"
5. Anna: "________ erit potentia Poenōrum, ________ glōria tua, sī cum duce Trōiānōrum tē coniūnxeris!"
6. ________ dolōre Dīdō afficiēbātur! ________ gemitūs dabat!

quam...!
quantus...!
quantum...!
quālis...!
quot...!
quī quae quod...!

Exercitium 8

1. Aenēās amīcam suam dolentem ____________ [= cōnsōlārī] cupiēbat.
2. Trōiānī ____________ [= imperia] deōrum ____________ sunt [= perfēcērunt].
3. Dīdō supplex virum ____________ [= valdē ōrat] ut paulum morētur.
4. Aenēās nec flētū nec precibus movētur: fāta ____________ [= prohibent].
5. Tum īnfēlīx Dīdō morī cupit: ____________ eam vītae.
6. Dum sēcum rem ____________ [= dē rē cōgitat], multīs prōdigiīs et vātum ____________ [< praedīcere] terrētur.
7. Sorōrem rogat ut sub ____________ [= caelō apertō] ____________ ērigat et arma Aenēae et ____________ [= vestīmenta] lectumque ____________ [= coniugum] super impōnat.
8. "Ita" inquit "amōre virī et cūrīs ____________ [= līberārī] possum."
9. Anna īnscia iussa ____________ [= exsequitur].
10. Dīdō, cum ____________ [= imāginem] Aenēae super lectum posuisset, iūxtā ____________ [= āram] precābātur.
11. Intereā omnia ad ____________ [< discēdere] Trōiānōrum parāta erant.
12. Tum Aenēae in somnīs appāruit Mercurius ab ____________ [= summō āere] missus eumque monuit ut fugere ____________ [= properāret].
13. "Imperiō deī ____________ [= gaudentēs] pāreāmus!" inquit, et ēnse ē ____________ ēreptō fūnēs incīdit.
14. Māximō ____________ [= ārdentī studiō] Trōiānī nāvēs solvērunt et lītus dēseruērunt.
15. Rēs ____________ est quae facile mūtātur.

aethēr
altāria
ārdor
carīna
collūcēre
discessus
dīvum
effigiēs
exsequī
exsolvere
exuviae
fervēre
festīnāre
implōrāre
iugālis
iussum
mūtābilis
obstāre
ovāre
peragere
praeceps
praedictum
reputāre

rogus
sōlārī
taedēre
vāgīna

16. ____________ est trabs nāvis īnfima.
17. *Synōnyma:* ____________ īre et sē praecipitāre; ____________ et lūcēre; ____________ et ārdēre.

Exercitium 9

1. Quōmodo Trōiānī iussa deōrum exsequuntur? ...
2. Quid vīdit Dīdō ex summā arce prōspiciēns? ...
3. Num Aenēās precibus rēgīnae commōtus est? ...
4. Quid tum īnfēlīx Dīdō facere cōnstituit? ...
5. Quae prōdigia eam terrēbant? ...
6. Quid Dīdō sorōrem suam rogāvit? ...
7. Quās rēs super rogum pōnī iussit? ...
8. Num Anna cōnsilium sorōris intellēxit? ...
9. Ubi Dīdō deōs precābātur? ...
10. Noctū dum aliī dormiunt quid ēgit rēgīna? ...
11. Cūr Trōiānōs classe persequī nōluit? ...
12. Quī deus Aenēae in somnīs appāruit? ...
13. Quid Mercurius Trōiānōs facere iussit? ...
14. Quōmodo Aenēās fugam festīnāvit? ...

Lēctiō IV

Lēctiō quārta: versūs 218–299

Exercitium 10

genetīvus
1. meī nostrī
2. tuī vestrī
3. suī

miserērī, oblīvīscī, meminisse + *gen*
amor, memoria, imāgō + *gen*

Exempla:

Dīdō Aenēam ōrat ut suī misereātur: "Miserēre meī!" Aenēās: "Profectō tuī misereor, Dīdō." Aenēās Dīdōnis miserēbātur, sed tamen eam relīquit.
Hostēs: "Victī sumus. Miserēre nostrī, victor!" Victor: "Ego vestrī nōn misereor!" Victor hostium victōrum nōn miserētur.

1. Dīdō: "Nōlī me____ oblīvīscī!" Dīdō timet nē Aenēās su____ oblīvīscātur.
2. Aenēās: "Numquam tu____ oblīvīscar. Semper tu____ meminerō. Sed amor tu____ mē hīc tenēre nōn potest."
3. Nautae: "Miserēminī nostr____, pīrātae!" Pīrātae: "Nōs vestr____ nōn miserēmur." Pīrātae naut________ nōn miserentur.
4. Ariadna: "Sōla dēserta sum. Nēmō me____ miserētur!" Bacchus: "Equidem tu____ misereor, Ariadna. Ob amōrem tu____ tē hinc mēcum dūcam."
5. Dīdō: "Utinam īnfantem dē tē habērem, quī memoriam tu____ referret mihi!" Fīlius memoriam patr____ referre potest.
6. Syra: "Nōlō in speculō imāginem aspicere me____!"
7. Dīdō: *"Vīxī et quem dederat cursum fortūna perēgī*
et nunc magna me____ sub terrās ībit imāgō."

Exercitium 11

advena
colōnus
cubīle
dēbellāre
exorīrī
fortitūdō
iaculum
illūdere
impōnere
īnsepultus
mementō!

1. Dīdō cum Aenēam abīre vidēret "________ [= ō], Iuppiter!" ait "Abībit ____________ [< advenīre]?"
2. Dīdō intellegit Aenēam sibi ____________ [= sē ēlūsisse].
3. Iūnōnem et Furiās ____________ [*f* < ultor] invocat.
4. Precātur ut Aenēās in bellō cadat ____________ [: sine fūnere] atque ut aliquī ultor ____________ [= oriātur] quī Trōiānōs persequātur.
5. Oculōs ____________ [< sanguis] volvēns rogum cōnscendit et nōtō ____________ [= lectō, torō] incubuit.
6. ____________ [= ultima] eius verba fuērunt: *"Sīc iuvat īre sub umbrās!"*
7. In Siciliā, cum annus ____________ ex fūnere Anchīsae, Aenēās lūdōs magnificōs apparāvit.

8. ____________ est pīlum quod procul iacitur.
9. Imperātor ____________ [< fortis] mīlitum laudat.
10. Vir quī patriam relinquit ut novam terram incolat ____________ dīcitur.
11. Hic liber ad ____________ [< ūtī] discipulōrum scrīptus est.
12. *Tū regere imperiō populōs, Rōmāne,* ____________ [< meminisse]!
Hae tibi erunt artēs: pācisque ____________ *mōrem,*
parcere subiectīs et ____________ *superbōs.*

novissimus
praeterīre
prō!
sanguineus
ultrīx
ūsus

Exercitium 12

Exemplum: Pudet eum ita fēcisse = Pudet eum factī suī.

1. Dīdō: "Taedet mē vīv______" = "Taedet mē vīt______."
2. Dīdōn______ vīv______ taedēbat = Dīdōn______ vīt______ taedēbat.
3. Mīlitēs Rōmānī fūgērunt! Mīlit______ Rōmān______ fūg______ pudet = Mīlit______ Rōmān______ fug______ su______ pudet.
4. Cōnsul iniūriam fēcit. Cōnsul______ paenitet iniūriam fēc______ = Cōnsul______ paenitet iniūri______ su______.
5. Discipulus prāvē scrīpsit (mendum fēcit). Discipul______ prāvē scrīps______ pudet; discipulus, qu______ mend______ su______ pudet, sē excūsat.
6. Fēmin______ Trōiān______ longē err______ taedēbat. Fēminae, qu______ long______ errōr______ taedēbat, nāvēs incendērunt.
7. Fēminae in Siciliā relictae sunt, etsī e______ male fēc______ paenitēbat = ... etsī e______ malefici______ su______ paenitēbat.

verba impersōnālia
pudet, taedet, paenitet
+ *acc* + *īnf/gen*

verbum im-persōnāle
= *cui dēsunt persōnae praeter 3 sing, ut* licet, oportet, pudet

Exercitium 13

1. Unde Dīdō prōspexit classem Trōiānōrum prōcēdentem? ...
2. Num quid fēcit ut nāvēs cursū prohibēret? ...
3. Quid rēgīna sē facere potuisse dīxit? ...
4. Quās deās Dīdō invocāvit? ...
5. Quod fātum optābat Aenēae? ...
6. Quid posterōs suōs Karthāginiēnsēs hortāta est? ...
7. Quid fēcit Dīdō postquam rogum ascendit? ...
8. Novissima verba eius quae fuērunt? ...
9. Quōmodo comitēs mortem rēgīnae lūxērunt? ...
10. Aenēās Karthāginem respiciēns quid vīdit? ...
11. Quō nāvēs Trōiānae inde vectae sunt? ...
12. Ā quō Trōiānī in Siciliā exceptī sunt? ...
13. Quid Aenēās in Siciliā apparāvit? ...
14. Cūr plēraeque fēminae Trōiānae in Siciliā relictae sunt? ...
15. Quō Aenēās inde profectus est? ...
16. Quō Sibylla vātēs eum dūxit? ...
17. Quid pater Anchīsēs fīliō suō ostendit apud Īnferōs? ...

Lēctiō grammatica

Exercitium 14

Dā imperātīvum et vocātīvum!

Singulāris	*Plūrālis*
1. Val___, m___ marīt___!	Val_____, meī līberī!
2. Heu fug___, nāt___ deā!	Fug_____, Trōiānī!
3. Tac___ et aud___, Sext___!	Tac_____ et aud_____, discipulī!
4. Tū sequ___ mē, serv___!	Sequ_____ mē, servī!
5. Ag___! curr___, Mārc___!	Ag_____, ō tēctīs, iuvenēs, succēd___ nostrīs!
6. Intu___ caelum, nauta!	Intu_____ caelum, nautae!

imperātīvus
vocātīvus

7. Man___! nōl___ abīre, Iūl___!	Man_____! nōl_____ abīre, sociī!
8. Serv___ mē, Neptūn___!	Dī immortālēs, serv_____ nōs!
9. Part___ mēcum, Lūc___!	Part_____ praedam, mīlitēs!
10. Laet___, Tit___, m___ fīl___!	Laet_____, cīvēs meī!
11. *Fer* mihi vīnum, Dāv___!	Arma, virī, fer_____ arma!
12. *Dīc* quid cēnseās, Cornēl___!	Dīc_____ quid cēnseātis, amīcī!
13. Domin___! salvum mē *fac*!	Impetum fac_____, mīlitēs!
14. *Dūc* puerum hūc, Achāt___!	Subdūc_____ nāvēs, Trōiānī!
15. Aequō animō *es*, Aenē___!	Es_____ clēmentēs, victōrēs!

Exercitium 15

persōna: 1, 2, 3
numerus: sg, pl
tempus: praes, imperf, fut, perf, plūsqperf, fut perf
modus: ind, coni
genus: āct, pass, dēp

Quae persōna (1/2/3)? uter numerus (sg/pl)? quod tempus (praes/imperf/fut/perf/plusqperf/fut perf)? uter modus (ind/coni)? quod genus (āct/pass/dēp)?
Exempla: dīcis 2 sg praes ind āct; agerentur 3 pl imperf coni pass.

1. (v. 2) flagrat ...
2. (v. 7) successit ...
3. (v. 8) nātus sit ...
4. (v. 10) nārrābat ...
5. (v. 12) potuī ...
6. (v. 14) agnōscō ...
7. (v. 15) velim ...
8. (v. 15) dēvoret ...
9. (v. 19) habeat ...
10. (v. 21) agēs ...
11. (v. 22) nōveris ...
12. (v. 24) dīmīsistī ...
13. (v. 24) repugnābis ...
14. (v. 25) cingant ...
15. (v. 27) minātur ...
16. (v. 27) reor ..
17. (v. 30) coniūnxeris ...
18. (v. 80) nāviget ...
19. (v. 91) morāris ...
20. (v. 96) agat ...
21. (v. 100) ōrnent, parent ...
22. (v. 109) ōrnās, properās ...
23. (v. 113) ōdērunt ...
24. (v. 115) exstīnxī ..
25. (v. 118) habērem ...
26. (v. 120) vidērer ...
27. (v. 125) loquar ...
28. (v. 133) vīdī ...
29. (v. 146) dabis ...
30. (v. 154) cōnferunt ...
31. (v. 156) afficiēbātur ...
32. (v. 158) vidēret ...
33. (v. 162) doceat ...
34. (v. 172) terrent ...
35. (v. 176) reddat ...
36. (v. 181) periī ...
37. (v. 182) volō ...
38. (v. 193) comitābor ...
39. (v. 197) merita es ...
40. (v. 201) potes ...
41. (v. 206) vidēbis ...
42. (v. 208) attigerit ...
43. (v. 215) pāreāmus ...
44. (v. 221) abībit ...
45. (v. 222) illūserit ...
46. (v. 223) capient ...
47. (v. 231) tulissem ...
48. (v. 238) implōret ...
49. (v. 244) exoriātur ...
50. (v. 246) dabuntur ...

Exercitium 16

1. concumbere, con______isse
2. ēvānēscere, ē______isse
3. excipere, ex______isse, ex______um esse (ex-cipiō -iunt)
4. fallere, ______isse, ______um esse
5. flectere, ______isse, ______um esse
6. illūdere, il______isse
7. merērī, ______um esse
8. nectere, ______isse, ______um esse
9. obmūtēscere, ob______isse
10. refellere, re______isse
11. subicere, sub______isse, sub______um esse (sub-iciō -iunt)
12. succumbere, suc______isse

CAPITVLVM VNVM ET QVADRAGESIMVM

Cap. XLI

Lēctiō prīma: versūs 1-68

Lēctiō I

Exercitium 1

1. ____________ [= certum est] Trōiānōs ōlim in Latium vēnisse.
2. Rēx Aborīginum inter ____________ [= prīncipēs] prōcessit et Aenēam ad colloquium ____________.
3. Latīnus ____________ [< nōbilis] Aenēae admīrātus amīcitiam et ____________ [< socius] cum Trōiānīs fēcit.
4. Rēx Aenēae fīliam suam Lāvīniam in ____________ dedit.
5. Ex eō mātrimōniō brevī ____________ [: fīlius] ____________ [< vir] fuit.
6. Ante ____________ [< advenīre] Aenēae Lāvīnia Turnō, rēgī Rutulōrum, ____________ fuerat.
7. Turnus ____________ patiēbātur advenam sibi praelātum esse.
8. Itaque Latīnō Aenēaeque ____________ [↔ cōnfīdēbat] iīsque bellum ____________.
9. Rutulīs victīs et Latīnō interfectō, Aenēās animōs Aborīginum sibi ____________ utramque gentem 'Latīnōs' appellandō.
10. Mezentius, rēx Etrūscōrum, quī Caere, in ____________ [< opēs] tum oppidō, rēgnābat, ____________ Latīnōrum nimium crēscere cēnsēbat.
11. Ille societātem cum Rutulīs ____________ et Latīnīs bellum intulit.
12. Aenēās ____________ suās in aciem ēdūxit.
13. Post proelium Latīnīs ____________ [= secundum] Aenēās ____________ [= nūllō locō] appāruit.
14. Cum Ascanius sīve Iūlus, fīlius Aenēae, nōndum ____________ [= mātūrus aetāte] esset, Lāvīnia prō puerō rēgnāvit.
15. Nec tamen inter rēgnum ____________ [< mulier] et Ascaniī ____________ [< puer] ūlla gēns ____________ [< fīnis] Latīnīs bellum intulit.
16. Ascaniō alterum nōmen est 'Iūlus': gēns 'Iūlia' Iūlum ____________ nōminis suī esse putat.
17. Fīlius Aenēae novam urbem condidit, quae ab ____________ [= locō ubi sita erat] in longō monte Albānō 'Alba Longa' appellāta est.

adventus
auctor
conciliāre
cōnstat
cōpiae
ēvocāre
diffīdere
fīnitimus
īnferre
iungere, societātem i.
mātrimōnium
molestē patī
muliebris
nusquam
nōbilitās
opēs
opulentus
prīmōrēs
prosperus
pūbēs
pueritia
situs
societās
spōnsus
stirps
virīlis

Exercitium 2

coniūnctīvus <u>hortātīvus</u>

1. *Vīv______, mea Lesbia, atque am______!*
2. Aenēās: "Quaecumque es, s____ nōbīs fēlīx et doce____ nōs quō sub caelō et quibus in ōrīs versēmur."
3. Aenēās: "Dī tibi praemia digna fer______!"
4. Dīdō: *"Ille meōs, prīmus quī mē sibi iūnxit, amōrēs abstulit, ille habe______ sēcum serv______que sepulcrō!"*
5. Iuppiter: "Nāvig______! Hoc est mandātum nostrum!"
6. Aenēās: "Imperium deī ovantēs pare______!"
7. Dīdō: "Sī necesse est virum impium Italiam attingere, at bellō ex fīnibus suīs pulsus auxilium implōr______ vide______que indigna suōrum fūnera!"
8. "Nec in pāce rēgnō fru______, sed ipse ante diem cad______ īnsepultus!"

Exercitium 3

1. Ubi postrēmō ēgressī sunt Trōiānī profugī? ...
2. Quōmodo rēx Latīnus Trōiānōs excēpit? ...
3. Quid Latīnus Aenēam interrogāvit? ...
4. Quid fēcit Latīnus cum respōnsum Aenēae audīvisset? ...
5. Cui Lāvīnia, fīlia Latīnī, spōnsa erat? ...

6. Num Turnus Lāvīniam uxōrem dūxit? ...
7. Quid fēcit Turnus cum Lāvīnia Aenēae in mātrimōnium data esset? ...
8. Cūr victōrēs Latīnī ex eō proeliō nōn laetī abiērunt? ...
9. Aenēās sōlus rēx factus quōmodo animōs Aborīginum sibi conciliāvit? ...
10. Turnus Rutulīque victī ad quem cōnfūgērunt? ...
11. Quōrum rēx erat Mezentius? ...
12. Num Etrūscī Latīnōs proeliō vīcērunt? ...
13. In eō proeliō quid Aenēae accidit? ...
14. Quis rēgnāvit inter pueritiam Ascaniī? ...
15. Utra māter Ascaniī erat, Creūsane an Lāvīnia? ...
16. Ubi Ascanius rēx novam urbem condidit? ...
17. Quī fīnis erat inter Latīnōs et Etrūscōs? ...

Lēctiō II

adipīscī
adolēscere
alveus
ambō
avus
cāsū
comprimere
concilium
crūdēlitās
cūstōdia
dēdere
falsō adv
grātulārī
hostīlis
īcere
īnsidiae
interimere
iussū
lambere
latrō
lēgāre
legere
lupa
mītis
necessitās
partus
praebēre
prōcreāre
puerīlis
saltūs
sēgnis
servīlis
sitīre
sōlitūdō
stabulum
suspicārī
vāgītus

Lēctiō secunda: versūs 69–137

Exercitium 4

1. Ascanius ____________ [= genuit] Silvium, quī ita nōminātus est quia ____________ [= forte] in silvīs nātus erat.
2. Omnibus rēgibus Albānīs ‘Silvius’ cognōmen erat, ut Rōmulō Silviō, quī post Agrippam Silvium rēgnum ____________ est [= accēpit].
3. Rōmulus Silvius, fulmine ____________ [= percussus], Aventīnō rēgnum ____________ [= relīquit].
4. Amūlius frātrem Numitōrem rēgnō pepulit, fīlium eius ____________ [= interfēcit] et fīliam eius Ream Silviam virginem Vestālem ____________ [= ēlēgit].
5. Ita perpetuā ____________ [< virgō] spem ____________ [< parere] eī adēmit.
6. Vestālis, cum geminōs fīliōs peperisset, ‘sē ā deō Mārte vī ____________ esse’ affīrmāvit.
7. Amūlius īnfantēs in fluvium mittī iussit: tanta fuit rēgis ____________ [< crūdēlis]!
8. Nec vērō periērunt puerī quī ____________ [< iubēre] rēgis expositī erant.
9. ____________ enim, in quō puerī expositī erant, aquā recēdente in siccō relictus est.
10. Tum ____________ [*f* < lupus] ____________ [< sitis] ad ____________ [< vāgīre] ____________ [< puer] cursum flexit.
11. Lupa tam ____________ [↔ ferōx] fuisse dīcitur ut īnfantibus ūbera sua ____________ [= offerret] eōsque linguā ____________.
12. ____________ [= duo simul] puerī ā Faustulō, pāstōre rēgiō, inventī sunt.
13. Ut ____________ [= adulēscentēs fuērunt] in ____________ [= silvīs montium] vēnābantur, neque ____________ [= pigrī] domī manēbant.
14. Etiam in ____________ praedam ferentēs impetūs faciēbant et praedam iīs ēripuērunt.
15. Sed latrōnēs ex ____________ [= locō occultō] Remum cēpērunt atque ____________ [↔ vērē] accūsāvērunt ‘eum ex agrīs Numitōris praedās agere ____________ [< hostis] in modum!’
16. Itaque Remus Numitōrī ad supplicium ____________ [= trāditus] est.
17. Numitor, quī Remum in ____________ [< cūstōs] habēbat, cum geminōs esse frātrēs audīvisset, nepōtēs suōs servātōs esse ____________ [= crēdere incipiēbat], et Remō rem aperuit.
18. Item Faustulus ____________ [< necesse] coāctus Rōmulō rem aperuit.
19. Haud ____________ [< servus] ingenium erat Rōmulō et Remō.

20. Amūliō occīsō, geminī Numitōrem, ____________ suum, ____________ [↔ cōnsōlantēs] appellant eumque 'rēgem' salūtant.
21. Ille ____________ advocātō scelera frātris et orīginem nepōtum ostendit.
22. Ōlim circā montem Palātīnum vāstae ____________ [< sōlus] erant.
23. Sāturnī templum ____________ [= vetus] est.
24. ____________ est casa pecoris.

vetustus
virginitās

Exercitium 5

Dē participiō perfectī

participium perfectī

1. Dīdō: "In lītus ____________ [< ēicere] tē excēpī, classem ____________ [< āmittere] restituī..." Haec ____________ [< loquī] sermōnem abrumpit.
2. Famulae eam ____________ [< collābī] suscipiunt.
3. Latīnus nōbilitātem virī ____________ [< admīrārī] amīcitiam cum Aenēā fēcit.
4. Ita sōlus rēx duārum gentium ____________ [< fierī] Aenēās utramque gentem 'Latīnōs' appellāvit.
5. Alba condita est XXX ferē annō post Lāvīnium ____________ [< condere].
6. Ascaniī fīlius, cāsū in silvīs ____________ [< nāscī], 'Silvius' vocātus est.
7. Rōmulus Silvius fulmine ____________ [< īcere] Aventīnō rēgnum lēgāvit.
8. Aventīnus ____________ [< sepelīre] in eō colle quī nunc pars urbis Rōmae est nōmen collī dedit.
9. Virgō Vestālis vī ____________ [< comprimere] geminōs fīliōs peperit.
10. Ita ____________ [< gignere] et ____________ [< ēducāre] puerī adolēvērunt.
11. Latrōnēs ob praedam ____________ [< āmittere] īrātī Remum cēpērunt.
12. Cum Remus ____________ [< capere] Numitōrī dēditus esset, Faustulus metū ____________ [< cōgere] Rōmulō rem aperuit.
13. Rōmulus Albam ____________ [< proficīscī] rēgiam oppugnat.
14. Frātrēs in medium ____________ [< prōgredī] avum suum 'rēgem' salūtāvērunt.
15. Līvius scrīpsit CXLII librōs *Ab urbe* ____________ [< condere].
16. Augustus mortuus est annō XIV post Chrīstum ____________ [< nāscī].

Exercitium 6

1. Cūr rēgibus Albānīs cognōmen fuit 'Silvius'? ...
2. Uter ē duōbus Procae fīliīs rēgnum accēpit? ...
3. Quōmodo rēx factus est Amūlius? ...
4. Quid fēcit Amūlius nē posterī Numitōris rēgnārent? ...
5. Quid Reae Silviae virginī Vestālī accidit? ...
6. Quid Amūlius geminīs Reae Silviae fierī iussit? ...
7. Ubi servī rēgis geminōs exposuērunt? ...
8. Geminīne in flūmine submersī sunt? ...
9. Cūr nōn fame periērunt geminī expositī? ...
10. Quis lupam īnfantēs alentem et lambentem invēnit? ...
11. Quid pāstor rēgius dē geminīs fēcit? ...
12. Rōmulus et Remus adulēscentēs quid agēbant? ...
13. Ā quibus Remus captus est et rēgī dēditus? ...
14. Quid latrōnēs Rōmulum et Remum accūsāverumt? ...
15. Num Numitor Remum sibi dēditum pūnīvit? ...
16. Quamobrem Faustulus crēdēbat sē fīliōs rēgiōs ēducāre? ...
17. Cum orīginem suam cognōvissent, quid geminī fēcērunt? ...
18. Amūliō occīsō quis rēx factus est? ...

Lēctiō III

abdere
abigere
armentum
auspicārī
auspicium
clāva
conditor
cōnfūsus
cōnsulere
convenīre
discrīmen
duplex
eximius
facinus
inde
interīre
molestē ferre
mūgīre
rītus
sacrum
trānsilīre
trepidāre
vultur

-cumque:
3. Brūtōne placēbant lacrimae et querēllae hominum ? ...
4. Quid Brūtus castīgātor lacrimārum effēcit? ...
5. Quō Brūtus cum armātā multitūdine profectus est? ...
6. Quālem ōrātiōnem Brūtus habuit in forō Rōmānō? ...
7. Quae facinora nefanda memorāvit? ...
8. Quid dīxit dē miseriīs et labōribus plēbis? ...
9. Quōs deōs invocāvit? ...
10. Quid fēcit populus Rōmānus hāc ōrātiōne incēnsus? ...
11. Tulliane Rōmae mānsit inter hunc tumultum? ...
12. Quārē Brūtus Rōmā Ardeam in castra profectus est? ...
13. Quis eōdem ferē tempore Ardeā Rōmam vēnit? ...
14. Quōmodo Brūtus cāvit nē rēgī obvius fieret? ...
15. Quōmodo Tarquinius Rōmae acceptus est? ...
16. Quid līberīs rēgis factum est? ...
17. Cūr Sex. Tarquinius ā Gabīnīs interfectus est? ...
18. Quot annōs Rōmae rēgnātum est? ...
19. Quī prīmī cōnsulēs creātī sunt? ...

Lēctiō sexta: versūs 344–413

Lēctiō VI

Exercitium 16

1. Sōle occidente Sextus Tarquinius portā ______________ [= aere opertā] Collātiam ingressus est et domum Lucrētiae petīvit.
2. Lucrētia īnscia ______________ parābat hostī suō: tantum animō ______________ [< errāre] erat!
3. Noctū Sextus Tarquinius surgit et in thalamum Lucrētiae, ______________ [< nūbere] ______________ [= castae], venit.
4. Lucrētia ______________ [= pavida est] ut parva agna ______________ [= prehēnsa] cum iacet sub lupō ______________ [= ad necem parātō].
5. Effugere nōn potest, nam pectora ______________ [= manibus] ______________ [= premuntur].
6. Lucrētia violāta coniugem et patrem ______________ [= senem] advocat.
7. Ut eam lūgentem vident, "Quae causa est lūctūs?" inquiunt, "cui ______________ [= fūnus] parās?"
8. *Illa diū* ______________ [= tacet] ______________ *que* [< pudēre] *cēlat amictū ōra, fluunt lacrimae mōre* ______________ *aquae* [= ut aqua semper fluēns].
9. Lucrētia, ter frūstrā loquī cōnāta, tandem dēdecus suum ______________ ausa est, dum ______________ [< mātrōna] genae ērubēscunt.
10. Pater et coniūnx eī coāctae ______________ dant [= ignōscunt], sed illa pectus suum cultrō trānsfīgit!
11. Dum vir paterque commūne ______________ [= iactūram] gemunt, Brūtus cultrum ______________ [< genus] sanguine ______________ tenēns iūrāvit 'sē Tarquinium cum scelerātā coniuge et ______________ [= stirpe] Rōmā exāctūrum esse!'
12. Lucrētia ______________ [= nec vīva nec mortua] comā ______________ haec verba ______________ [↔ pavida] probāre vīsa est.
13. In forō Brūtus vulnus Lucrētiae ______________ [= vacuum] patefēcit et rēgis facta nefanda referēns populum concitāvit.
14. Brūtus et Collātīnus, virī ______________ [< honōs], cōnsulēs creātī sunt iīsque ______________ [< annus] imperium datum est.

aerātus
annuus
concutere
damnum
dēprehendere
ēloquī
epulae
error
exsequiae
generōsus
grandaevus
honestus
impavidus
inānis
īnfēstus
mātrōnālis
nūpta
palma
pavēre
perennis
prōlēs
pudibundus
pudīcus
reticēre
sēmianimis
stīllāre
urgēre
veniam dare

Exercitium 17

1. Quō Sextus Tarquinius sōle occidente vēnit? ...
2. Quōmodo ille domī Collātīnī exceptus est? ...
3. Cūr hospes Collātīnī 'hostis' vocātur? ...
4. Num Sextus Tarquinius suspectus fuit Lucrētiae? ...
5. Quārē noctū ē lectō surrēxit Tarquinius atque ēnsem strīnxit? ...
6. Quō fīlius rēgis penetrāvit? ...
7. Quid lectō Lucrētiae incumbēns dīxit? ...
8. Cūr Lucrētia neque clāmāvit neque repugnāvit neque effūgit? ...
9. Num Sextus Tarquinius eam precibus aut praemiīs movēre potuit? ...
10. Quid tum Tarquinius sē factūrum esse dīxit? ...
11. Quō metū perterrita tandem succubuit mulier? ...
12. Quālem pater et marītus fīliam et uxōrem suam invēnērunt? ...
13. Quid interrogāvērunt cum eam ita lūgentem vidērent? ...
14. Cūr Lucrētia prīmō nihil respondit? ...
15. Num vir et pater mulierem violātam accūsāvērunt? ...
16. Num Lucrētia ipsa sibi veniam dedit? ...
17. Cum Lucrētia sē interfēcisset, quid fēcit Brūtus? ...
18. Quōmodo Brūtus populum Rōmānum concitāvit? ...
19. Cūr ille diēs rēgnō suprēmus fuit? ...

Lēctiō grammatica

adi -us (-r)-a -um
adv -ē (-ō, -im)
adi -is -e (-r -ris -re, -x, -ns)
adv -iter (-nter, -e)
adi (comp) -ior -ius
adv -ius
numerus quīnque...
adv -iēs (×)

Lēctiō grammatica

Exercitium 18

Datur adiectīvum (m.). Dā adverbium: -ē/-ō/-iter/-ter/-e/-im/-ius/-iēs.

1. superbus, *adv* superb______.
2. iūstus, *adv* iūst______.
3. levis, *adv* lev______.
4. celer, *adv* celer______.
5. pulcher, *adv* pulchr______.
6. ācer, *adv* ācr______.
7. subitus, *adv* subit______.
8. benignus, *adv* benign______.
9. cōmis, *adv* cōm______.
10. falsus, *adv* fals______.
11. pār, *adv* par______.
12. sapiēns, *adv* sapien______.
13. pūblicus, *adv* pūblic______.
14. prīvātus, *adv* prīvāt______.
15. postrēmus, *adv* postrēm______.
16. ferōx, *adv* ferōc______.
17. libēns, *adv* liben______.
18. facilis, *adv* facil______.
19. difficilis, *adv* difficul______.
20. gravior, *adv* grav______.
21. fortissimus, *adv* fortissim______.
22. melior, *adv* mel______.
23. prior, *adv* pr______.
24. malus, *adv* mal______.
25. bonus, *adv* ______.
26. quīnque, *adv* quīnqu______ (5×).
27. sex, *adv* sex______ (6×).
28. decem, *adv* dec______ (10×).

con-cutiō -iunt
dē-cutiō -iunt

Exercitium 19

1. conciēre, con______isse, con______um esse
2. concutere, con______isse, con______um esse
3. dēcutere, dē______isse, dē______um esse
4. dēprēndere, dē______isse, dē______um esse
5. ērubēscere, ē______isse
6. exigere, ex______isse, ex______um esse
7. favēre, ______isse
8. incalēscere, in______isse
9. obsidēre, ob______isse, ob______um esse
10. opprimere, op______isse, op______um esse
11. praestāre, prae______isse
12. prōlābī, prō______um esse

Cap. XLVI

Lēctiō I

coercēre
collēga
commovēre
cōnsenēscere
cōnsulāris
cōnsulātus
contendere
damnāre
decemvirī
dēprecātiō
dictātor
dictātūra
dītissimus

CAPITVLVM QVADRAGESIMVM SEXTVM

Lēctiō prīma: versūs 1–123

Exercitium 1

1. Annō ______________ quadrāgēsimō quīntō [CCXLV] ab urbe conditā prō ūnō rēge duo cōnsulēs creātī sunt, ut alter alterum ______________.
2. Senātuī ______________ ut annuum imperium habērent, nē ______________ [< diūturnus] imperiī eōs īnsolentēs ______________ [= faceret].
3. Cōnsulēs sciēbant sē post annum ______________ [= sine magistrātū] fore.
4. Prīmī cōnsulēs fuērunt Brūtus et Collātīnus, sed Collātīnus coāctus est ex urbe migrāre cum omnī ______________ suō [= bonīs patris].
5. Brūtus P. Valerium Pūblicolam ______________ sibi fēcit.
6. Tarquinius bellum Rōmānīs ______________ [= mōvit], ut in rēgnum ______________ [= rūrsus īnstituerētur].
7. In prīmō proeliō Brūtus cōnsul et Arrūns, Tarquiniī fīlius, ______________ sē [= alter alterum] occīdērunt.
8. Tarquinius victus Tūsculum sē contulit ibique ______________ [< senex].

9. Cum gener Tarquiniī bellum parāret, ut clādem socerī ______________ [= ulcīscerētur], ______________ Rōmae factus est T. Lārcius.
10. ______________ [< dictātor] dignitās māior est quam ______________ [< cōnsul].
11. ______________ equitum dictātōrī ______________ [= oboedit].
12. xvi annō post rēgēs exāctōs plēbs Rōmāna, sēditiōne factā, ______________ plēbis sibi creāvit, quī plēbēiōs ā patriciīs dēfenderent.
13. Cn. Mārcius, Rōmā expulsus, ad Volscōs ______________ [= properāvit] et exercitum adversus Rōmam dūxit ūsque ad quīntum ______________.
14. Lēgātōs pācem petentēs ______________ [= dīmīsit], sed mātris et uxōris flētū et ______________ [< dēprecārī] superātus exercitum remōvit.
15. Ex magnā familiā Fabiā ūnus ______________ [< omnis] ex proeliō superfuit.
16. L. Cincinnātus, quī agrum vi ______________ possidēbat, arāns dictātor factus est; ______________ dētersō togam ______________ accēpit.
17. Annō ______________ alterō [cccii] ab urbe conditā prō cōnsulibus ______________ creātī sunt, quī lēgēs scrīberent.
18. Annō post decemvir, quī virginem nōbilem violāre voluit, ______________ [= condemnātus] est, et imperium ______________ [< cōnsul] restitūtum.
19. Annō cccxv ab urbe conditā Fidēnae et Vēiī rebellāvērunt, sed ambae cīvitātēs victae sunt atque Fidēnae captae et ______________ [= dēlētae].
20. Camillus Vēiōs cēpit, urbem Italiae ______________ [= dīvitissimam].
21. Gallī, cum Capitōlium obsidērent et Rōmānī fame ______________, aurō acceptō ______________ [↔ prōgressī] sunt.
22. Posteā Camillus Gallīs ______________ eōsque bis vīcit.

diūturnitās
ducentēsimus
excīdere
invicem
iūgerum
labōrāre
magister equitum
mīliārium
obsequī
occupāre
omnīnō
patrimōnium
placēre
praetextus
prīvātus
reddere
regredī
repudiāre
restituere
sūdor
supervenīre
trecentēsimus
tribūnus plēbis
vindicāre

Exercitium 2

nē (= ut nē) + *coni*

1. Rōmulus asȳlum aperuit, ______ vāna urbis magnitūdō es______.
2. Sabīnī Tarpēiam necāvērunt, ______ quis impūne patriam suam prōd______.
3. Numa, ______ rēge absente sacra negleg______, sacerdōtēs fēcit.
4. Iāniculum urbī adiectum est, ______ quandō ea arx hostium es______.
5. Rēx, ______ ipse rem tam trīstem iūdicā____, duumvirōs creāvit.
6. Cum rēx pergeret Rōmam, flexit viam Brūtus, ______ obvius fi______.
7. Pater Verginiam occīdit, ______ stuprum ā decemvirō sustinē______.
8. Gallī aurum accēpērunt, ______ Capitōlium obsidē______.
9. Placuit ______ cōnsulēs longius quam annuum imperium habē______, ______ per diūturnitātem potestātis īnsolentiōrēs redd______.
10. Horātius pater cīvēs ōrābat '______ sē orbum līberīs fac______!'
11. Tanaquīl Servium ōrat '______ inultam mortem socerī esse sin______!'

Exercitium 3

1. Quārē prō ūnō rēge perpetuō duo cōnsulēs annuī creātī sunt? ...
2. Cūr L. Tarquiniō Collātīnō cōnsulātus abrogātus est? ...
3. Quis prīmum novīs cōnsulibus bellum intulit? ...
4. Uter cōnsul in eō bellō occīsus est? ...
5. Cūr prīmus annus quīnque cōnsulēs habuit? ..
6. Quō Tarquinius Superbus victus sē contulit? ...
7. Quae dignitās māior est quam cōnsulātus? ...
8. Quōs plēbs, sēditiōne factā, dēfēnsōrēs sibi creāvit? ...
9. Quis Rōmānus exercitum adversus patriam suam dūxit? ...
10. Quōmodo L. Quīnctius Cincinnātus dictātor factus est? ...
11. Annō cccii quī prō cōnsulibus creātī sunt ad lēgēs scrībendās? ...
12. Cūr decemvirīs potestās sublāta est? ...

13. Cūr Camillō, cum Vēiōs et Faleriōs cēpisset, commōta est invidia? ...
14. Quī hostēs urbem Rōmam praeter Capitōlium occupāvērunt? ...
15. Cūr Camillus tertium triumphāvit et 'alter Rōmulus' vocātus est? ...

Lēctiō II

Lēctiō secunda: versūs 124–214

amplius
cēnsor
corvus
honor
iugum
lēgātus
meritum
perdomāre
persevērāre
praesūmere
prōvocāre
quadriennium
sexāgēsimus
singulāris
sternere
subigere
tīrō
torquis
tribūnus mīlitāris
tribūnus mīlitum
triennium
unguis

Exercitium 4

1. Annō trecentēsimō ______________ quīntō [CCCLXV] ab urbe conditā prō duōbus cōnsulibus creātī sunt ______________ mīlitārēs cōnsulārī potestāte.
2. Nec diū ______________ [= mānsērunt] tribūnī mīlitārēs, et ______________ [= IV annōs] nūlla potestās in urbe fuit.
3. Tribūnī mīlitārēs iterum potestātem ______________ [= prae aliīs sūmpsērunt] et ______________ [= trēs annōs] persevērāvērunt.
4. Camillō mortuō māximus ______________ [= honōs] dēlātus est.
5. T. Mānlius 'Torquātus' vocātus est quod in ______________ [< singulī] certāmine Gallum occīdit et ______________ eius aureum collō suō imposuit.
6. ______________ [= novīs mīlitibus] lēctīs X legiōnēs factae sunt, id est ______________ [= plūs (quam)] sexāgintā mīlia mīlitum.
7. L. Fūrius 'Corvīnus' dictus est quod ______________ eum in pugnā adversus Gallum adiūvit ālīs et ______________ acūtīs Gallī oculōs verberāns.
8. Itaque Fūrius Gallum, quī eum ad pugnam ______________, occīdit et ob hoc ______________ [< merēre] adulēscēns cōnsul factus est.
9. Latīnī, quī ā Rōmānīs ______________ [= sub imperium coāctī] erant, rebellāvērunt, sed superātī sunt et ______________ [= funditus domitī].
10. T. Veturiō Sp. Postumiō cōnsulibus Samnītēs Rōmānōs vīcērunt et sub ______________ mīsērunt, sed ipsī posteā ā L. Papīriō cōnsule victī sunt.
11. Eō tempore Ap. Claudius ______________ [< cēnsēre] aquam Appiam indūxit et viam Appiam ______________.
12. Singulīs legiōnibus sēnī ______________ mīlitum praefectī sunt.
13. ______________ est praefectus mīlitum quī imperātōrem adiuvat.

Exercitium 5

1. Quōmodo dignitātēs mūtātae sunt annō CCCLXV a. u. c.? ...
2. Quot cīvitātēs Camillus eō annō occupāvit et quot triumphōs ēgit? ...
3. Cūr T. Mānlius sibi et posterīs suīs cognōmen Torquātī accēpit? ...
4. Tīrōnibus lēctīs quot legiōnēs Rōmānae factae sunt? ...
5. Quōmodo M. Valerius Gallum prōvocantem vīcit? ...
6. Quod cognōmen eī datum est? ...
7. Quam urbem Alexander condidit eō annō quō Latīnī dēvictī sunt? ...
8. Cūr Q. Fabius Māximus ā dictātōre capitis damnātus est? ...
9. Quō dēdecore Samnītēs excercitum Rōmānum victum affēcērunt? ...
10. Ā quō via Appia strāta est? ...
11. Quis Q. Fabiō Māximō lēgātus datus est? ...
12. Quī cōnsulēs Samnītēs dēvīcērunt? ...
13. Quot annōs bellum cum Samnītibus gestum est? ...

Lēctiō tertia: versūs 215–305

Lēctiō III

Exercitium 6

1. Urbs Rōma condita est ante di____ ūndecim______ kalend____ Māi____ (a. d. XI kal. Māi.) annō septingent__________ quīnquāg__________ terti____ (DCCLIII) ante Chrīstum nātum (a. C. n.).
2. Annō ducent__________ quadrāg__________ quīnt____ (CCXLV) ab urbe conditā (a. u. c.) sīve annō quīngent________ nōn____ (DIX) ante Chrīstum nātum (a. C. n.) rēgēs Rōmā exāctī sunt.
3. __________ __________ (XVI) annō post rēgēs exāctōs tribūnī plēbis creātī sunt.
4. Annō a. u. c. trecent__________ sexāg__________ quārt____ (CCCLXIV) Rōma ā Gallīs capta est.
5. L. Genūci____ Q. Servīli____ cōnsul________ mortuus est Camillus.
6. T. Veturi____ Sp. Postumi____ cōnsul________, annō quadringent________ __________ __________ (CCCCXXXIII) a. u. c., exercitus Rōmānus apud Caudium victus sub iugum missus est.
7. Ap. Claudi____ M. Fulvi____ cōnsul________, annō a. u. c. ______________ ______________ (CCCCXC), bellum prīmum contrā Poenōs susceptum est.
8. Poenī classe dēvictī sunt ante di____ quārt____ īd____ Mārti____ (a. d. IV īd. Mārt.) annō ______________ __________ __________ (DXIII) a. u. c., Q. Lutāti____ A. Mānli____ cōnsul________.
9. C. Iūlius Caesar interfectus est īd________ Mārti____ annō ____________ __________ (XLIV) a. C. n., id est annō a. u. c. septingent__________ decim____ (DCCX).
10. M. Tullius Cicerō nātus est ante __________ __________ nōn____ Iānuāri____ (a. d. III nōn. Iān.) annō sescent__________ duodēquīnquāg__________ (DCXLVIII) a. u. c. sīve cent________ sext____ (CVI) a. C. n.

quō annō?
annō -(ēsim)ō
ab urbe conditā: a. u. c.
(post rēgēs exāctōs)
ante Chrīstum nātum: a. C. n.
post Chrīstum nātum: p. C. n.
-ō -ō cōnsulibus (*abl abs*)

quō diē?
kal./nōn./īd. Iān.–Dec. = kalendīs/nōnīs/īdibus Iānuāriīs–Decembribus
a. d. III–XIX/prīdiē kal./nōn./īd. Iān.–Dec. = ante diem III–XIX/prīdiē kalendās/nōnās/īdūs Iānuāriās–Decembrēs

Exercitium 7

1. Pyrrhus fuit prīmus hostis Rōmānōrum ________________ [< trāns mare].
2. Prīmō proeliō Pyrrhus vīcit auxiliō ________________, nam eās bēstiās ________________ [= ignōtās] Rōmānī expāvērunt.
3. Quam ob causam Pyrrhō victōria ________________ [= data est].
4. Pyrrhus captīvōs Rōmānōs ________________ [< honōs] ______________ atque eōs sine pretiō Rōmam remīsit.
5. Senātus captīvōs Rōmānōs quī redditī erant ________________ [= indignōs] habērī iussit.
6. Pyrrhus, cum Fabricium pauperem esse ________________ [= cognōvisset], magnīs prōmissīs eum ________________ [= incitāvit], ut ad sē trānsīret.
7. Pyrrhus lēgātum mīsit quī pācem ______________ condiciōnibus peteret, sed rēgī ________________ [= renūntiātum] est, ut ex Italiā recēderet.
8. Medicus Pyrrhī Fabriciō prōmīsit 'sē rēgem ______________ necātūrum esse, sī Fabricius sibi praemium dedisset', sed Fabricius eum vīnctum remīsit.
9. Hoc admīrātus Pyrrhus dīxit 'illum Fabricium difficilius ab ______________ [< honestus] quam sōl ā cursū suō āvertī posse!'
10. Lēgātīs Rōmam missīs Ptolomaeus amīcitiam quam petīverat ____________ [= adeptus est].
11. Annō ______________ ______________ septimō [CCCCLXXVII] a. u. c. cēnsus habitus est.
12. Mīlitēs Rōmānī elephantōs ______________ [= elephantīs territī sunt].

adversus
aequus
comperīre
contingere
elephantus
expavēscere
explōrātor
honestās
honōrificus
incognitus
īnfāmis
obtinēre
quadringentēsimus
remandāre
septuāgēsimus
sollicitāre
tractāre
trānsmarīnus
trux
venēnum

13. Mīles Rōmānus ______________ [= ferōcī] vultū adversus hostem prōcēdit.
14. Mīles fortis occīsus ______________ vulnere iacet.
15. ______________ est mīles quī hostium mōtūs explōrat.

Exercitium 8

1. Cūr Rōmānī Tarentīnīs bellum indīxērunt? ...
2. Ā quō Tarentīnī auxilium petīvērunt contrā Rōmānōs? ...
3. Quibus bēstiīs Pyrrhus ūsus est in proeliō? ...
4. Quōmodo Pyrrhus captīvōs Rōmānōs tractāvit? ...
5. Quam prope Rōmam perrēxit Pyrrhus? ...
6. Quārē lēgātī ad Pyrrhum missī sunt? ...
7. Quid rēx Fabriciō lēgātō prōmīsit, sī ad sē trānsiisset? ...
8. Quārē Pyrrhus Cineam lēgātum Rōmam mīsit? ...
9. Quid Cineās reversus Pyrrhō nārrāvit dē Rōmānīs? ...
10. Quid medicus Pyrrhī Fabriciō prōmīsit? ...
11. Quid Fabricius illī medicō fēcit? ...
12. Num Pyrrhus Rōmānōs contemnēbat? ...
13. Quis Pyrrhum dēvīcit et dē eō triumphāvit? ...
14. Quō fugātus est Pyrrhus? ...
15. Unde lēgātī annō a. u. c. CCCCLXXXI Rōmam vēnērunt? ...
16. P. Semprōniō Ap. Claudiō cōnsulibus quās cīvitātēs Rōmānī condidērunt? ...

Lēctiō IV

Lēctiō quārta: versūs 306–477

Exercitium 9

praenōmina

Praenōmina Rōmāna

Exemplum: C. Iūlius Caesar = Gāius Iūlius Caesar.

1. A. = ...
2. Ap. = ...
3. C. = ...
4. Cn. = ...
5. D. = ...
6. K. = ...
7. L. = ...
8. M. = ...
9. M'. = ...
10. P. = ...
11. Q. = ...
12. Sex. = ...
13. Ser. = ...
14. Sp. = ...
15. T. = ...
16. Ti(b). = ...

Exercitium 10

calamitās
castellum
complexus
conicere
contingere
dēcipere
dēmergere
fidēs, in fidem accipere
fiscus
grandis
historicus
īnfīnītum
īnfringere
ingredī
īnsignis
modius

1. Quīntō annō bellī Pūnicī, parātīs nāvibus ______________ [= cum rōstrīs], cōnsul C. Duīlius proeliō ______________ [< nāvis] Carthāginiēnsēs vīcit.
2. Alter cōnsul ā Carthāginiēnsibus fraude ______________ est et captus.
3. Classis Carthāginiēnsium ā M. Atīliō Rēgulō victa ______________ [= eō unde vēnerat] sē recēpit.
4. In Āfricā Rēgulus multās cīvitātēs in ______________ [= dēditiōnem] accēpit et multa ______________ [= loca mūnīta] vāstāvit.
5. Postrēmō victus est ultimā ______________ [= strāge], nam MM tantum ex exercitū Rōmānō ______________ [= retrō fūgērunt], Rēgulus captus in catēnās ______________ est.
6. M. Aemilius Paulus CIV nāvēs hostium ______________ [= submersit], XXX cum ______________ [< pugnāre] cēpit.
7. Classis rediēns māximā tempestāte ______________ passa est, nec animus Rōmānōrum hāc ______________ [= clāde] ______________ [= frāctus] est.
8. Metellus in Siciliā Poenōs superāvit et multōs elephantōs cēpit, quōs ingentī ______________ [= agmine] in triumphō dūxit.

9. Carthāginiēnsēs Rēgulum, quem cēperant, Rōmam remīsit, ut pācem et ______________ [< permūtāre] captīvōrum obtinēret.
10. Rōmae ille ______________ 'sē Rōmānum esse [= dīxit 'sē R. nōn esse...'] ex illō diē quō in potestātem Āfrōrum vēnisset.'
11. Itaque uxōrem ā ______________ [< complectī] remōvit et senātuī suāsit nē pāx cum Poenīs fieret.
12. Victōriā nāvālī ad Aegātēs īnsulās ______________ [= immēnsa cōpia] aurī et argentī in potestātem Rōmānōrum ______________ est.
13. Bellum Pūnicum prīmum XXIII annōs ______________ [= prōductum] est.
14. Bellō ______________ [= perāctō] pāx Carthāginiēnsibus ______________ [= data] est.
15. Permūtātī sunt captīvī ita ut captīvī quōs Rōmānī tenēbant pretiō ex ______________ [= aerāriō] solūtō redimerentur.
16. Rēx Hierō CC mīlia ______________ frūmentī populō Rōmānō praebuit.
17. ______________ est frūmentum ex quō pānis albus fit.
18. Sardīs victīs Rōmānī ubīque pācem habuērunt, quod iīs semel tantum ______________ [= acciderat]; ergō Iānus iterum clausus est.
19. Fabius Pictor ______________ [= scrīptor rērum] bellō Gallicō interfuit.
20. Gallīs victīs Mārcellus ______________ [= magnam] praedam Rōmam vēxit.
21. Cum rēgem Gallōrum manū suā ______________ [= interēmisset], spolia opīma ______________ [= baculō crassō] imposita in Capitōlium tulit.
22. *"Aspice ut* ______________ *spoliīs Mārcellus opīmīs* ______________ [= graditur] *victorque virōs* ______________ *omnēs!"*

naufragium
nāvālis
negāre
perimere
permūtātiō
perniciēs
pompa
pugnātor
redigere
refugere
retrō
rōstrātus
stīpes
superēminēre
trahere
trānsigere
tribuere
trīticum

Exercitium 11

1. Quibus cōnsulibus prīmum bellum Pūnicum coeptum est? ...
2. Ubi Rōmānī Carthāginiēnsēs cōpiīs terrestribus vīcērunt? ...
3. Quī dux Rōmānus Poenōs prīmō proeliō nāvālī vīcit? ...
4. Post illam victōriam quō trānslātum est bellum? ...
5. Quōmodo M. Atīlius Rēgulus in Āfricā rem gessit? ...
6. Carthāginiēnsēs in Āfricā victī ā quibus auxilium petīvērunt? ...
7. Quō duce exercitus Rēgulī victus est? ...
8. Quot nāvēs hostium Aemilius cōnsul nāvālī proeliō dēmersit? ...
9. Quid classī victrīcī redeuntī ēvēnit? ...
10. Num animus Rōmānōrum hāc calamitāte īnfrāctus est? ...
11. Ubi L. Caecilius Metellus ducem Poenōrum superāvit? ...
12. Quot elephantōs dux Poenōrum sēcum dūxit et quot Metellus cēpit? ...
13. Quārē Carthāginiēnsēs Rēgulum Rōmam mīsērunt? ...
14. Num Rēgulus Rōmānīs suāsit ut pācem cum Poenīs facerent? ...
15. Cūr ille, uxōre ā complexū remōtā, Carthāginem rediit? ...
16. Quid P. Claudiō Pulchrō contigit cum contrā auspicia pugnāret? ...
17. Annō bellī Pūnicī vīcēsimō tertiō cui bellum commissum est? ...
18. Quot nāvibus in marī contrā Lilybaeum pugnātum est? ...
19. Utra classis eō proeliō nāvālī victrīx fuit? ...
20. Carthāginiēnsibus dēvictīs quid captīvīs factum est? ...
21. Quārē Rōmānī lēgātōs ad Ptolomaeum mīsērunt? ...
22. Quid rēx Siciliae Hierō populō Rōmānō dōnō dedit? ...
23. Quōmodo Carthāginiēnsēs bellum renovāre temptābant? ...
24. Cūr annō a.u.c. quīngentēsimō ūndēvīcēsimō Iānus iterum clausus est? ...
25. Cui bellō historicus Fabius Pictor interfuit? ...
26. Quis spolia opīma tertia tulit? ...

Lēctiō grammatica

Lēctiō grammatica

Exercitium 12

Datur nōminātīvus singulāris: -us.

nōm -us
gen -ī *m*
-oris *n*
-eris *n*
-eris *n*
-ūs *m/f*

Dā genetīvum singulāris: -ī/-oris/-eris/-ūs *et genus: m/f/n!*

Exemplum: annus -ī *m,* fūnus -eris *n,* sinus -ūs *m.*

1. pectus ______ ____; lectus ______ ____; flūctus ______ ____.
2. sonus ______ ____; onus ______ ____; genus ______ ____.
3. pontus ______ ____; pondus ______ ____; mundus ______ ____.
4. nīdus ______ ____; sīdus ______ ____; gradus ______ ____.
5. rītus ______ ____; lītus ______ ____; frīgus ______ ____.
6. latus ______ ____; status ______ ____; metus ______ ____.
7. lupus ______ ____; opus ______ ____; foedus ______ ____.
8. corpus ______ ____; hortus ______ ____; portus ______ ____.
9. tempus ______ ____; campus ______ ____; pignus ______ ____.
10. vultus ______ ____; vulnus ______ ____; mūnus ______ ____.
11. dolus ______ ____; holus ______ ____; scelus ______ ____.
12. facinus ______ ____; asinus ______ ____; manus ______ ____.
13. porticus ______ ____; dēdecus ______ ____; pecus ______ ____.
14. domus ______ ____; humus ______ ____; vulgus ______ ____.

Exercitium 13

1. cēdere, ________isse
2. comperīre, com________isse, com________um esse
3. cōnsenēscere, cōn________isse
4. contemnere, con________isse, con________um esse
5. contendere, con________isse

dē-cipiō -iunt

6. dēcipere, dē________isse, dē________um esse
7. excīdere, ex________isse, ex________um esse
8. expavēscere, ex________isse
9. fluere, ________isse
10. īnfringere, īn________isse, īn________um esse
11. lūgēre, ________isse
12. pergere, per________isse
13. perimere, per________isse, per________um esse
14. redigere, red________isse, red________um esse
15. referre, ________isse, re________um esse

re-gredior -iuntur

16. regredī, re________um esse
17. subigere, sub________isse, sub________um esse
18. trānsigere, trāns________isse, trāns________um esse
19. tribuere, ________isse, ________um esse

CAPITVLVM QVADRAGESIMVM SEPTIMVM

Lēctiō prīma: versūs 1–103

Exercitium 1

1. Hōc capitulō continētur ______________ quō A. Gellius tempora comparat quibus Graecī Rōmānīque illūstrēs ______________ [< flōs].
2. Quod dīcit dē vītā clārōrum hominum ______________ [< ex + carpsit] ē librīs quī ______________ sīve ______________ [< annus] appellantur.
3. Ita nōbīs ______________ [< cōnspicere] aetātum antīquissimārum dedit, nē quid ______________ ac prāvum super vītā hominum clārōrum ______________ [> temerārius] dīcerēmus.
4. A. Gellius ā Solōne incipit, quī Athēniēnsibus lēgēs scrīpsit Tarquiniō Rōmae rēgnante, cui ______________ [= cognōmen] Prīscus fuit.
5. Archilochus, poēta Graecus clārus, Tullō Hostīliō rēgnante ______________ [= carmina] scrīpsit.
6. Miltiadēs, quī annō CCLX a.u.c. Persās vīcit apud Marathōnem, damnātus ab Athēniēnsibus in vinculīs mortem ______________ [= mortuus est].
7. Aeschylus Athēnīs ______________ [↔ cōmoediās] scrīpsit paulō antequam Coriolānus, ā tribūnīs plēbis ______________ [= incitātus] ac ______________ [= male tractātus], ā populō Rōmānō ______________ [= dēfēcit].
8. Rōmae decemvirī lēgēs XII tabulārum ______________ [= scrīpsērunt] eōdem tempore quō Empedoclēs in Siciliā ______________ [< philosophus] ______________ [< nātūra] studuit.
9. Sophoclēs et Euripidēs, poētae ______________ [= quī tragoediās scrīpsērunt], ab Ahēniēnsibus ______________ [< nōbilis] sunt.
10. Sōcratēs, ______________ Graecus nōbilissimus, ______________ [= damnātus] 'iuventūtem corrūpisse' in carcere venēnō necātus est
11. In ______________ [< obsidēre] Capitōliī M. Mānlius Gallōs per ardua ______________ [= clam ascendentēs] ______________.
12. Ex temporibus paucōrum hominum quī hīc memorantur haud difficile est ______________ facere dē plūribus quī nōminatī nōn sunt.

Cap. XLVII

Lēctiō I

annālis
chronicus
cognōmentum
commentārius
coniectūra
cōnscrībere
cōnspectus
convincere
dēpellere
dēscīscere
exagitāre
excerpere
flōrēre
incōnspectus
nātūrālis
nōbilitāre
obīre, mortem o.
obrēpere
obsidiō
philosophia
philosophus
poēma
temere
tragicus
tragoedia
vexāre

Exercitium 2

1. Unde A. Gellius facta excerpsit dē vītā clārōrum hominum? ...
2. Cūr A. Gellius nōn ab Homērō, sed ā Solōne incipit? ...
3. Quō rēge Rōmānō rēgnante Solō lēgēs Athēniēnsium scrīpsit? ...
4. Ā quibus occīsus est Hipparchus tyrannus? ...
5. Ubi Persae ab Athēniēnsibus victī sunt Miltiade duce? ...
6. Cūr Cn. Mārcius Coriolānus ad Volscōs dēscīvit? ...
7. Quō duce classis Xerxis ab Athēniēnsibus victa est ad Salamīna? ...
8. Quī lēgēs duodecim tabulārum Rōmae scrīpsērunt? ...
9. Quis historicus bellum Peloponnēsiacum memoriae trādidit? ...
10. Aeschylus, Sophoclēs, Euripidēs quid scrīpsērunt? ...
11. Quōmodo mortuus est Sōcratēs philosophus? ...
12. Cūr M. Mānlius capitis damnātus est? ...

Lēctiō secunda: versūs 104–206

Lēctiō II

Exercitium 3

dēcl II

gen pl -<u>um</u> = -ōrum

1. Decem mīlia sēsterti____ /numm____[= sēstertiōrum/nummōrum].
2. "Ō Iuppiter! Pater de____ hominumque!"
3. Cincinnātus agrum quattuor iūger____ colēbat.
4. Sp. Carvīlius Rūga iūrāvit 'uxōrem sē habēre līber____ quaerundōrum causā'.

celebrāre
circumvāllāre
cōmicus
condere
cōnfīdentia
cōnflīctāre
cōnstantia
dēiūrāre
dēlīrāre
dēsipere
deūrere
dīvortium
diūtinus
ecquid
edepol
exūrere
foculus
historia
hospita
iūs iūrandum
lībra
mecastor
mehercle
mercārī
nota
obtrectāre
orientālis
percontārī
pondō
prōdere
prōpōnere
quīndecimvirī
quīngentēsimus
sacrārium
scrīptum
sterilis
subinde
subscrībere
trānsgredī
vēnundare

Exercitium 4

1. Alexander ______ est [= trānsiit] in Asiam et in partēs ______ [< oriēns].
2. Paulō post Rōmānī in bellō Samnīticō ______ [= diūturnō] ab hostibus ______ [< circum + vāllum] sunt ac sub iugum missī.
3. Cēnsōrēs ad nōmen P. Cornēliī Rūfīnī ______ apposuērunt et haec ______: "quod comperimus tē argentī factī cēnae grātiā decem ______ ______ habēre."
4. Quō tempore bellum Pūnicum prīmum coeptum est, Callimachus poēta Alexandrīae ______ [< celeber] est.
5. Annō a.u.c. ______ ūndēvīcēsimō [DXIX] Sp. Carvilius Rūga ______ cum uxōre fēcit 'quod ______ esset.'
6. Terentius, poēta ______ [↔ tragicus], vīxit post bellum Pūnicum secundum, quod A. Gellius fīnem ______ adnotātiunculīs suīs.
7. Lūcīlius aliōs poētās versibus ______ [= male tractāvit].
8. In librō suō prīmō A. Gellius ______ [= fābulam] ______ [= trādit] super librīs Sibyllīnīs.
9. Anus ______ [*f* < hospes] novem librōs ōrāculōrum rēgī Tarquiniō Superbō ______ [= vēndere] voluit.
10. Cum rēx pretium ______ esset [= quaesīvisset], anus tantum poposcit ut rēx eam aetāte ______ [↔ sapere] putāret.
11. ______ cum igne appositō anus trēs librōs ______ [= ussit] et ______ [= continuō post] idem pretium petīvit prō sex reliquīs.
12. Iam rēx rīdēns 'anum ______ [= dēmentem esse]' dīxit.
13. Mulier aliōs trēs librōs ______ [= deussit] et rēgem interrogāvit '______ [= num] reliquōs trēs eōdem pretiō emere vellet?'
14. Tarquinius ______ [< cōnstāns] et ______ [< cōnfīdere] mulieris admīrātus trēs librōs ______ est [= ēmit] eōdem pretiō quod petītum erat prō novem.
15. Librī illī 'Sibyllīnī' in ______ [= locum sacrum] ______ [= dēpositī] sunt.
16. ______ [XV virī] librōs Sibyllīnōs quasi dīvīnum ōrāculum cōnsulunt cum rēs pūblica perīculīs ______ [= vexātur].
17. Virī et fēminae nōn per eōsdam deōs ______ [= iūrant], ut ex veteribus ______ [< scrībere] appāret.
18. ______ [= per Castorem!] est ______ ______ fēminārum, ______ [= per Herculem!] virōrum.
19. ______ [= per Pollūcem!] est iūs iūrandum virīs et fēminīs commūne.

Exercitium 5

1. Quis fuit pater Alexandrī Magnī? ...
2. Rēgnum adeptus quō Alexander trānsgressus est? ...
3. Quot annōs Alexander rēgnāvit? ...
4. Quī fuērunt Platō et Aristotelēs? ...
5. Quod bellum Rōmānī gerēbant cum Aristotelēs mortem obiit? ...
6. Quā dē causā cēnsōrēs P. Cornēlium Rūfīnum senātū mōvērunt? ...
7. Quibus cōnsulibus bellum Pūnicum prīmum coeptum est? ...
8. Cūr Sp. Carvilius Rūga dīvortium fēcit cum uxōre? ...
9. Quid Plautus et Terentius scrīpsērunt? ...
10. Quem fīnem commentāriī suī prōposuit A. Gellius? ...

11. Quid anus hospita rēgī Tarquiniō Superbō obtulit? ...
12. Cūr rēx nōn omnēs librōs novem ēmit? ...
13. Quid fēcit mulier cum rēx librōs emere recūsāvit? ...
14. Num rēx trēs librōs minōre pretiō mercātus est? ...
15. Ubi conditī sunt librī Sibyllīnī? ...
16. Cūr fēminae nōn iūrant per Herculem? ...
17. Quod iūs iūrandum fēminārum proprium est? ...

Lēctiō grammatica

Lēctiō grammatica

Exercitium 6

Verba dēpōnentia

verba dēpōnentia

1. exīre = ēgred____; exit = ēgred______; exeunt = ēgred__________;
   exiit = ē__________ ______; exī! = ēgred____!
2. timēre = verē____; timeō = vere____; timēmus = verē______;
   timēbāmus = verē________.
3. exspectāre = opperī____; exspectāte! = opperī______!
4. occidere ↔ orī____; occidēns ↔ ori____.
5. temptāre = cōnā____; temptābat = cōnā______;
   temptāvit = cōnā________ ______; temptātūrus = cōnā________.
6. cēnsēre = arbitrā____ = rē____ ; cēnseō = arbitr____ = re____;
   cēnsēbat = arbitrā______ = rē______.
7. ambulāre = grad____; ambulat = gradi______; ambulābat = gradi________.
8. āmittere ↔ adipīsc____; āmittit ↔ adipīsc______;
   āmīsit ↔ ad__________ ______.
9. errāre = vagā____; errāns = vagā______; errābam = vagā______;
   errābō = vagā______.
10. interrogāre = percontā____; interrogant = perconta______;
    interrogāvērunt = percontā______ ______.
11. ōrāre = precā____; ōrābit = precā______; ōrēmus! = prec______!
12. emere = mercā____; emō = merc____; ēmī = mercā______ ______.
13. prōmittere = pollicē____; prōmittō = pollice____; prōmittit = pollicē______;
    prōmīsī = pollic__________ ______; prōmīsit = pollic__________ ______.
14. redīre = revert____; redeō = revert____; redeunt = revert______;
    redībō = revert____; redībunt = revert______; redīte! = revert______!
15. dīvidere = partī____; dīvidit = partī______; dīvide! = partī______!
16. gaudēre = laetā____; gaudeō = laet____; gaudeāmus! = laet______!
17. spectāre = intuē____; spectābat = intuē______; spectā! = intuē____!
18. tolerāre = pat____; tolerō = pat____; tolerābam = pat______;
    tolerāvī = __________ ______.

Exercitium 7

1. convincere, con________isse, con________um esse
2. dēpellere, dē________isse, dē________um esse
3. dēscīscere, dē________isse
4. excerpere, ex________isse, ex________um esse
5. exūrere, ex________isse, ex________um esse
6. flōrēre, ________isse
7. trānsgredī, trāns________um esse

trāns-gredior -iuntur

Cap. XLVIII

Lēctiō I

adigere
alveus
assēnsus
assentīrī
assuēscere/adsuēscere
blandīrī
cōnferre (arma)
differre
dīripere
dispōnere
exsuscitāre
habilis
haudquāquam
hīberna
impedītus
magistrātus
memorābilis
merēre (stipendia)
nītī
oppidānus
praetōrium
prōmovēre
succēdere
trāicere (*bis*)
ultrō
vixdum

CAPITVLVM DVODEQVINQVAGESIMVM

Lēctiō prīma: versūs 1–90

Exercitium 1

1. Bellum ______________ [< memorāre] est bellum Pūnicum secundum, quō duae māximae gentēs inter sē arma ______________.
2. Indignābantur Rōmānī quod Poenī victī victōribus ______________ [= sine causā] arma īnferrent, Poenī quod Rōmānī victīs superbē imperitāvissent.
3. Hannibal puer patrī Hamilcarī ______________ [< blandē rogābat] ut cum exercitū in Hispāniam dūcerētur.
4. Tum Hamilcar, antequam excercitum in Hispāniam ______________ [= trādūceret], fīlium iūre iūrandō ______________ [= ad iūs iūrandum coēgit] 'sē, cum prīmum posset, hostem fore populō Rōmānō!'
5. Mortuō Hamilcare gener eius Hasdrubal eī ______________ [= in locum eius secūtus est]; is foedus cum Rōmānīs renovāvit, id quod bellum ______________ [= bellō moram attulit].
6. Hasdrubal Hannibalem ______________ [= vix adhūc] pūberem ad sē arcessīvit, ut puer mīlitiae ______________ [: mōrem nōsceret mīlitiae].
7. In senātū Carthāginiēnsī Hannō dīxit 'Hannibalem domī tenendum esse sub lēgibus, sub ______________ [< magister], nē quandō parvus ille ignis incendium ingēns ______________ [= excitāret/suscitāret]!
8. Paucī Hannōnī ______________ [= assentiēbant], et Hannibal in Hispāniam missus est, ubi triennium sub Hasdrubale ______________.
9. Ingenium Hannibalis ______________ [= aptum] fuit ad omnēs rēs quae magnō futūrō ducī agendae erant.
10. Iuvenis Hannibal ______________ [= labōrābat] ut exercituī cārus esset.
11. Ergō, Hasdrubale obtruncātō, Hannibal in ______________ castrōrum dēlātus omnium ______________ [< assentīre] 'imperātor' nōminātus est.
12. In Hispāniā Hannibal, postquam Cartalam, urbem Olcadum, expugnāvit et ______________ [< dis- + rapuit], exercitum in ______________ dēdūxit.
13. Vēre in Vaccaeōs bellum ______________ [↔ remōvit] et Arbocalam oppidum cēpit, etsī ab ______________ [= cīvibus oppidī] diū dēfēnsum est.
14. Carpētānōs Tagum flūmen ______________ [= trānseuntēs] adortus est, elephantīs in rīpā ______________ [= variīs locīs positīs].
15. Cum hostēs aquam ingressī essent, equitēs impetum fēcērunt in agmen ______________ [= quod mōtū impediēbātur]; ita ______________ [= nēquāquam] parī certāmine in mediō flūminis ______________ concurrērunt.

Exercitium 2

1. Quod bellum memorābile T. Līvius librīs xxi–xxx nārrat? ...
2. Ad quod iūs iūrandum Hamilcar Hannibalem puerum adēgit? ...
3. Quamobrem bellum cum Rōmānīs dīlātum est? ...
4. Quis in locum Hamilcaris successit? ...
5. Hasdrubalne nova bella gessit in Hispāniā? ...
6. Quod foedus populus Rōmānus fēcit cum Hasdrubale? ...
7. Quārē Hasdrubal Hannibalem vix pūberem ad sē arcessī voluit? ...
8. Quid Hannō dē ēa rē cēnsuit in senātū Carthāginiēnsī? ...
9. Quōmodo Hannibal in Hispāniam missus ab exercitū exceptus est? ...
10. Hasdrubale occīsō quis imperātor nōminātus est? ...
11. Quibus Hannibal dux prīmum bellum intulit et quam urbem cēpit? ...
12. Cartalā captā et dīreptā, quō exercitus dēductus est? ...

13. Ubi Hannibal posterō annō proelium commīsit cum Carpētānīs? ...
14. Carpētānīs superātīs, omnisne Hispānia Carthāginiēnsium erat? ...
15. Cūr Saguntīnīs lībertās servābātur? ...

Lēctiō secunda: versūs 91–179

Lēctiō II

Exercitium 3

1. Lēgātīs Saguntīnīs ______________ [= inductīs], senātuī placuit 'lēgātōs Saguntum mittī, quī Hannibalī ______________ [= imperārent] ut ā Saguntīnīs, sociīs Rōmānōrum, abstinēret!'
2. Lēgātiōne dēcrētā ______________ [= nec adhūc] missā, Hannibal Saguntum aggressus est, agrīs circā ______________ [= funditus vāstātīs].
3. Ubi duo mūrī iungēbantur ______________ erat quī in ______________ [= aequam] vallem ______________ [= spectābat, versus erat].
4. Adversus eum Carthāginiēnsēs ______________ [tēcta quibus prōteguntur mīlitēs] ēgērunt, sub quibus ______________ [māchinās quibus mūrī feriuntur]. moenibus admōvērunt, nec vērō mūrum ______________ [< quatere] potuērunt, nam hōc locō mūrus ______________ [= fīrmē mūnītus] erat.
5. Saguntīnī fortiter ______________ [= resistēbant] ac ______________ [= tēlīs (missīs)] hostēs ______________ [= remōvērunt].
6. In hōc certāmine ______________ [< tumultus] ipse Hannibal, dum mūrum ______________ [= temere] subit, ______________ [= iaculō] ictus est.
7. Tum nōn multum aberat ______________ dēsererētur ______________ [<oppugnāre].
8. Nec vērō Poenī, quī urbem ______________ [= circum obsidēbant], ab ______________ [< apparāre] operum ac mūnītiōnum cessāvērunt.
9. Renovātā pugnā pars mūrī ita quassāta est ut ______________ [< prō + caderet], sed oppidānī hostēs prōcurrentēs ______________ [= retrō ēgērunt].
10. Lēgātī Rōmānī ab Hannibale dīmissī sunt, cum iīs respondēret 'nōn ______________ [*adv* < tūtus] eōs Saguntum aditūrōs esse.'
11. Hōc respōnsō ______________ [= ad īram incitātī] lēgātī Carthāginem profectī sunt, ut Hannibalem ______________ [= dēdī exposcerent].
12. Hannō ūnus in senātū Carthāginiēnsī Rōmānīs ______________ [= grātum facere] temptāvit, cum 'Hannibalem Rōmānīs dēdendum esse!' cēnsēret.
13. Cum is ______________ [= ōrātiōnis fīnem fēcisset], nēmō eī assēnsit.
14. Interim māior in ______________ [= māior cotīdiē] fit ______________ [↔ spēs] Saguntīnōrum ac minor ______________ [< exspectāre] auxiliī, cum tam procul Rōma, ______________ [= ūna et sōla] spēs, esset.
15. Hannibal ______________ [= cīnctus] armīs et legiōnibus vīvēbat.
16. Dum Rōmānī ______________ [= consulunt inter sē], Saguntum ______________ [= dēlētum] est.

angulus
apparātus
ariēs
circumsedēre
cōnsultāre
dēnūntiāre
dēposcere
dēspērātiō
(in) diēs
ēmūnīre
exscindere
exspectātiō
grātificārī
incautus
intrōdūcere
irrītāre
missile
necdum
obsistere
oppugnātiō
perōrāre
pervāstāre
plānus
prōcidere
quassāre
(nōn multum abest) quīn
redigere
submovēre
succingere
trāgula
tumultuārius
tūtō *adv*
ūnicus
vergere
vīnea

Exercitium 4

1. Quārē Saguntīnī lēgātōs Rōmam mīsērunt? ...
2. Lēgātīs audītīs quid senātuī placuit? ...
3. Quī nūntius Saguntō allātus est lēgātiōne dēcrētā necdum missā? ...
4. Rē iterum ad senātum relātā, omnēsne lēgātōs mittendōs cēnsēbant? ...
5. Cūr haec sententia vīcit? ...
6. Quōmodo Hannibal Saguntum aggressus est? ...
7. Quibus māchinīs mūrī quassārī possunt? ...
8. Prīmōne impetū Carthāginiēnsēs intrā mūrōs Saguntī penetrāvērunt? ...
9. Quid Hannibalī accidit in tumultuāriīs certāminibus? ...

10. Quid Hannibal lēgātīs quī Rōmā vēnērunt respondit? ...
11. Quō lēgātī dīmissī profectī sunt? ...
12. Quid Hannō in senātū Carthāginiēnsī cēnsuit? ...
13. Num senātus Carthāginiēnsis sententiam Hannōnis secūtus est? ...
14. Quid lēgātīs Rōmānīs respōnsum est? ...
15. Inopiā omnium crēscente quae Saguntīnīs erat ūnica spēs? ...

Lēctiō III

Lēctiō tertia: versūs 180–271

assignāre
auctōritās
comparāre
equester
ēvenīre
excidium
īnsuper
inviolātus
labōriōsus
maeror
mentiōnem (facere)
mōmentum
obligāre
omittere
parturīre
Periochae
pervādere
praetor
prīvātum
quīnquerēmis
sēmet
sortīrī
statiō
succlāmāre
summa
trānsitus

Exercitium 5

1. Alorcus ad ______________ [= praefectum urbis] Saguntīnum dēductus pācis condiciōnēs dūrissimās Saguntīnīs attulit:
2. 'Hannibalem urbem iīs adēmptūrum esse et locum ______________ in quō novam urbem aedificārent.'
3. Omnī aurō et argentō ad Hannibalem dēlātō, oppidānī inermēs ex urbe exīre iubēbantur; ita ______________ [= incolumēs] servārī poterant.
4. Ut haec audīvērunt, prīmōrēs, aurō et argentō ex pūblicō ______________que in ignem coniectō, plērīque ______________ [= sē] ipsī eōdem praecipitāvērunt.
5. Ex hōc pavor et trepidātiō tōtam urbem ______________.
6. Mox, cum turris prōcidisset et urbs ______________ [< stāre] cūstōdiīsque solitīs nūdāta esset, exercitus Poenōrum omnibus vīribus impetum fēcit et urbem ______________ [= brevissimō tempore] cēpit.
7. Saguntī ______________ [< exscindere] nūntiātō, ______________ [< maerēre] et īra metusque dē ______________ rērum [= ūniversīs rēbus] senātōrēs cēpit.
8. Cōnsulēs prōvinciās ______________ [< sors] sunt: Hispānia Cornēliō, Āfrica Semprōniō ______________ [= sortibus mandāta est].
9. Utrīque magnae cōpiae pedestrēs et ______________ [< equus] datae sunt, atque ______________ [= praetereā] alterī nāvēs longae CLX, alterī LX ______________ [< v + rēmus].
10. Hīs ______________ [= parātīs] lēgātī Carthāginem missī sunt, quī bellum indīcerent 'sī pūblicō cōnsiliō Hannibal Saguntum oppugnāvisset.'
11. Senātus Carthāginiēnsis lēgātīs respondit 'foedus quod Hasdrubal sine ______________ [< auctor] suā īcisset cum Rōmānīs, sē ______________ [= officiō tenēre] nōn potuisse; ergō iūre oppugnātum esse Saguntum.'
12. "Proinde" inquit Poenus "______________ [= nōlīte] Saguntī ______________ facere [= Saguntum memorāre], et quod diū ______________ animus vester, aliquandō pariat!"
13. Postrēmō Rōmānus "Bellum vōbīs dō!" inquit, et omnēs Carthāginiēnsēs ______________ [< sub + clāmāvērunt]: "Accipimus!"
14. Posterō annō Hannibal post ______________ [< labor] ______________ [< trānsīre] Alpium in Italiam dēscendit.
15. Breviārium librōrum Līviī '______________' appellantur.

Exercitium 6

1. Quem nūntium Alorcus Hispānus Saguntīnīs attulit? ...
2. Quid victor Hannibal Saguntīnīs imperāvit? ...
3. Quōmodo Saguntīnī corpora sua inviolāta servāre poterant? ...
4. Num Saguntīnī omne aurum et argentum suum Hannibalī dedērunt? ...
5. Saguntī excidiō nūntiātō quid Rōmānī sentiēbant? ...
6. Utrī cōnsulī Hispānia prōvincia et utrī Āfrica sortibus ēvēnit? ...
7. Quot legiōnēs in eum annum dēcrētae sunt? ...
8. Iuvenēsne lēgātī in Āfricam missī sunt? ...

9. Quid lēgātī Rōmānī Carthāginiēnsēs percontātī sunt? ...
10. Utrum iūre an iniūriā oppugnātum est Saguntum? ...
11. Utrum Carthāginiēnsēs voluērunt, pācemne an bellum? ...
12. Quō Hannibal, Saguntō captō, exercitum in hīberna dēdūxit? ...
13. Posterō annō quod flūmen Hispāniae Hannibal exercitum trādūxit? ...
14. Quōs montēs trānsgressus est ut in Italiam venīret? ...
15. Ubi Hannibal prīmum cum Rōmānīs cōnflīxit? ...
16. Quis dux Rōmānus in eō proeliō vulnerātus est? ...
17. Quid Cn. Cornēlius Scīpiō in Hispāniā ēgit? ...

Lēctiō quārta: versūs 272–388

Lēctiō IV

Exercitium 7

1. In Etrūriae palūdibus Hannibal ob continuās ____________ oculum āmīsit.
2. C. Flāminius cōnsul auspiciīs neglēctīs neque ____________ [= hostiīs] immolātīs adversus Hannibalem profectus est.
3. Ad lacum Trasumennum Hannibal equitēs in īnsidiīs locāvit ad ____________ [< angustus] inter montem et lacum.
4. Via interest ________angusta [= valdē angusta], deinde lātior ____________ [= patēns fit] campus, suprā quem montēs ____________ [= surgunt].
5. Hannibal levem ____________ [< armātus] post montēs circumdūxit, ipse in campō patentī castra locāvit.
6. Flāminius ____________ [= locō nōn explōrātō] exercitum per ____________ [= angustiās] dūxit in campum, quī dēnsā ____________ operiēbātur.
7. Ex ____________ [= ā fronte] tantum hostēs cōnspexit, sed clāmōre undique ortō sē ____________ [= inexspectātīs] īnsidiīs circumventum sēnsit.
8. Tam ____________ [= repentīna] rēs fuit ut vix arma ____________ [= parāta fierī] possent.
9. Cum cōnsul prae strepitū audīrī nōn posset, sibi quisque dux ____________que [< adhortārī] factus est, ac tantō ārdōre pugnābant ut nēmō eōrum sēnserit eum mōtum terrae quī multās domōs ____________ [= dēlēvit].
10. Eques Īnsuber cōnsulem ____________ [= agnōscēns] "Ēn" inquit "hic est quī agrōs et urbem nostram est ____________ [= populātus]..."
11. Equō ____________ ____________ [< sub + datīs] per ____________ [= dēnsōs] hostēs impetum fēcit cōnsulemque ____________ [= hastā] trānsfīxit!
12. Rōmānī fugientēs ____________ [= vagantēs] dīversīs itineribus Rōmam petīvērunt.
13. Cum populus magistrātūs ē Cūriā ēvocāret, M. Pompōnius ____________ [= magistrātus iūdiciīs praefectus] "Pugnā" inquit "magnā victī sumus."
14. Ad portās stetit multitūdō hominum quī aliquōs ____________ [= cognātōs] suōs aut nūntiōs dē iīs opperiēbantur.
15. Obviīs ____________ [= obviōs circumsistēbant] nec ____________ [= abripī] poterant priusquam omnia ____________ [= in + quaesīvissent]
16. Duae mātrēs, cum fīliōs suōs ____________ [= salvōs] redeuntēs vidērent, nimiō gaudiō ____________ sunt [= exspīrāvērunt].
17. Alia īnsuper clādēs nūntiāta est: 'C. Centēnium ____________ [: quī priōre annō praetor fuit] cum IV mīlibus equitum circumventum!'
18. Itaque populus dictātōrem et magistrum equitum creāvit iīsque mandātum est ut mūrī fīrmārent et pontēs flūminum ____________ [= dēstruerent].
19. Iam Rōmānīs prō urbe dīmicandum erat, ____________ [= quoniam] Italiam tuērī ____________ [= nōn potuerant].

adhortātor
(ex) adversō
angustiae
armātūra
assurgere
āvellere
calcar
circumfundī
cōnfertus
dēpopulārī
exanimāre
expedīre
faucēs
imprōvīsus
inexplōrātō
inquīrere
lancea
nebula
nequīre
nōscitāre
patēscere
per-(angustus)
praetor
propinquus
prōpraetor
prōsternere
quandō
repēns
rescindere
sōspes
subdere
vagus
victima
vigiliae

Exercitium 8

1. Quōs montēs lacus Trasumennus subit? ...
2. Ubi Hannibal equitēs in īnsidiīs locāvit? ...
3. Quid C. Flāminius cōnspexit postquam angustiās superāvit? ...
4. Cūr impetus Poenōrum Rōmānīs imprōvīsus fuit? ...
5. Quae spēs salūtis mīlitibus Rōmānīs erat? ...
6. Quamdiū ad lacum Trasumennum pugnātum est? ...
7. Cūr eques Īnsuber cōnsulem Rōmānum petīvit? ...
8. Num C. Flāminius incolumis ex eō proeliō rediit? ...
9. Quid fugam Rōmānōrum impedīvit? ...
10. Quot Rōmānī in aciē caesī sunt et quot effūgērunt? ...
11. Quī magistrātus eam clādem Rōmānīs nūntiāvit? ...
12. Quōmodo Rōmānī nūntiōs dē suōrum fortūnā petēbant? ...
13. Senātū cōnsultante quae alia clādēs ex Umbriā nūntiāta est? ...
14. Quem populus Rōmānus dictātōrem creāvit? ...

Lēctiō V

Lēctiō quīnta: versūs 389–508

aditus
aequāre
affluere
alligāre
aquārī
aquātor
callidus
cavē (nē)
commūnīre
contrādīcere
crīminārī
cūnctātor
cuneus
dēficere
ēvehere
funda
fūnestus
impatientia
inīquus
īnsidēre
interpōnere
irruere
macte (virtūte estō)
obruere
opplēre
praetervehere
prōminēre
recēns
sarmentum
vīcus

Exercitium 9

1. Ecce Enniī versus dē Q. Fabiō Māximō ____________ [< cūnctārī]: *Ūnus homō nōbīs cūnctandō restituit rem.*
2. Cum magister equitum dictātōrem ____________ [= accūsāret] ut 'timidum' et 'sēgnem', imperium eōrum ____________ [< aequus] est.
3. Hannibal sub Calliculam montem clausus erat ā Rōmānīs quī montem ____________ [= occupātum tenēbant].
4. At dux ille ____________ dēcēpit Rōmānōs, nam ____________ [= virgīs] ad cornua boum ____________ et incēnsīs eōs territōs fugāvit.
5. Cōnsulēs Paulus et Varrō ad Cannās ____________ [= parvum oppidum] bīna castra ____________ [= mūnīvērunt], quibus Aufidus flūmen ____________ [< ad + fluēbat].
6. ____________ quī ex minōribus castrīs ____________ [= aquam petēbant] līberiōrem ____________ [= adīre] ad flūmen habēbant; quibus fugātīs Numidae equitēs ad ipsās prope portās castrōrum ____________ sunt.
7. Posterō diē ob ____________ [< impatiēns] Varrōnis aciēs īnstrūcta est, etsī Paulus collēgae ____________ [= verbīs resistēbat].
8. Varrō laevum, Paulus dextrum cornū tēnēbat, quibus ____________ [= inter quōs positus] erat Cn. Servīlius Geminus.
9. Poenīs nōn aequa erat frōns, sed ____________ ā mediā aciē ____________ [= ēminēbat].
10. Eum cuneum Rōmānī impulērunt, sed Āfrī eōs in medium ____________ [< in + ruentēs] circumdedērunt et inclūsērunt.
11. Pugna ____________ [= impār] fuit quod inclūsī cum circumfūsīs atque fessī cum ____________ [= novīs et integrīs] pugnābant.
12. Paulus cōnsul, etsī ____________ graviter ictus erat, proelium restituit, sed postrēmō necesse fuit equum omittere, quia vīrēs etiam ad equum regendum eum ____________ [= eī deerant].
13. Dum cōnsul cruōre ____________ [= complētus/opertus] in saxō sedet, Cn. Cornēlius Lentulus tribūnus mīlitum equō ____________ [= praeter eum vectus] "L. Aemilī..." inquit, "cape hunc equum! ... Nē ____________ [< fūnus] hanc pugnam morte cōnsulis fēceris!"

14. Ad ea cōnsul "Tū Cornēlī" inquit, "____________ virtūte estō! Sed ____________ (nē) absūmās [= nōlī absūmere] tempus ē manibus hostium ēvādendī!"
15. Hīc hostēs cōnsulem tēlīs ____________ [= operuērunt tēlīs suprā iniectīs].

Exercitium 10

1. Cūr dictātōrī Q. Fabiō Māximō cognōmen 'Cūnctātōrī' datum est? ...
2. Quid M. Minucius magister equitum dictātōrem crīminābātur? ...
3. Quid ēgit Fabius Māximus cum legiōnēs Minuciī in discrīmine essent? ...
4. Quōmodo Hannibal in monte Calliculā Rōmānōs dēcēpit? ...
5. Quid Q. Fabius Māximus abiēns novōs cōnsulēs monuit? ...
6. Castrīs apud Cannās locātīs, unde Rōmānī aquābantur? ...
7. Quid aquātōribus ē castrīs ēgressīs ēvēnit? ...
8. Quid fēcit Varrō posterō diē? ...
9. In aciē ubi locātī sunt equitēs? ...
10. Pulsīs equitibus Rōmānīs peditēsne cōnstābant? ...
11. Cūr inīqua Rōmānīs erat pugna cum Āfrīs? ...
12. Cūr Paulum cōnsulem vīrēs dēficiēbant? ...
13. Quid Cn. Lentulus cōnsulī sauciō obtulit? ...
14. Num Paulus equō Lentulī servātus est? ...

Lēctiō sexta: versūs 509–614

Lēctiō VI

Exercitium 11

1. Mīlitēs quī Cannās perfūgerant extemplō captī sunt, cum vīcus nūllō ____________ [= nūllā mūnītiōne] prōtegerētur.
2. Proeliō Cannēnsī caesa sunt XLVIII mīlia hominum, in hīs ambō cōnsulum ____________, XXXIX tribūnī mīlitum, aliquot ____________ et ____________ [: quī cōnsulēs et praetōrēs fuerant], LXXX senātōrēs.
3. Hannibal tantō bellō ____________ [= dēfūnctus] quiētem sibi et fessīs mīlitibus dedit.
4. Maharbal verō "Immō" inquit "diē quīntō victor in Capitōliō ____________ [= cēnābis]! Sequere! Cum equite ____________ [↔ sequar]!"
5. Ut Hannibal dīxit 'tempore opus esse ad cōnsilium ____________ [= reputandum]', ille "Vincere scīs, Hannibal" inquit, "victōriā ūtī nescīs!"
6. Intereā, cum Hannibal castra Rōmāna minōra ā flūmine ____________ [< ex + clausisset], dēditiō ____________ [↔ sēra] facta est.
7. Ex castrīs māiōribus ________ IV [circiter IV] mīlia peditum et CC equitēs Canusium perfūgērunt; quibus mulier Āpula dīves frūmentum, vestem, ____________ [< via] dedit.
8. Eōdem tempore totidem mīlitēs Rōmānī, nōn agmine sed ____________ [= vagī] per agrōs, Venusiam ad cōnsulem Varrōnem pervēnērunt.
9. Hīs ____________ [< reliquus] collēctīs, iam aliqua ____________ exercitūs cōnsulāris erat.
10. Hannibal per Campāniam Neāpolim petīvit, sed moenia fīrmissima eum ab urbe oppugnandā ____________ [= dēterruērunt].
11. Inde Capuam profectus ā Campānīs receptus laetus ac ____________ [< libet] ūnum diem ____________ [= fēstum habuit], dum urbem vīsit.
12. Posterō diē in senātū ōrātiōne ____________ [= valdē blandā] Campānīs grātiās ēgit 'quod suam amīcitiam societātī Rōmānae ____________ [= praetulissent]' et iīs prōmīsit 'brevī caput Italiae omnī Capuam fore!'
13. ____________ est magistrātus quī aedificia pūblica, viās ac lūdōs cūrat.

absterrēre
ad
aedīlis
celebrāre
cōnsulāris
epulārī
exclūdere
libēns
mātūrus
mūnīmentum
pālārī
pēnsāre
perblandus
perfungī
praecēdere
praepōnere
praetōrius
quaestor
reliquiae
speciēs
viāticum

Exercitium 12

1. Quō cōnsul C. Terentius Varrō cum quīnquāgintā equitibus perfūgit? ...
2. Quot Rōmānī proeliō Cannēnsī caesī esse dīcuntur? ...
3. Cūr clādēs Cannēnsis gravior foediorque fuit quam Alliēnsis? ...
4. Quid Maharbal Hannibalī suāsit post proelium Cannēnse? ...
5. Cūr Hannibal nōn statim adversus Rōmam prōgressus est? ...
6. Quis Rōmānōs quī Canusium perfūgerant adiūvit? ...
7. Cūr castra minōra dēditiōnem mātūram fēcērunt? ...
8. Omnēsne quī in māiōra castra perfūgerant Poenīs sē dēdidērunt? ...
9. Quot mīlitēs Rōmānī Venusiam ad cōnsulem pervēnērunt? ...
10. Quid cōnsul Varrō senātuī litterīs nūntiāvit? ...
11. Quō Hannibal post Cannēnsem pugnam profectus est? ...
12. Cūr urbem Neāpolim nōn oppugnāvit? ...
13. Quōmodo Hannibal ā Campānīs receptus est? ...
14. Quid Hannibal Campānīs prōmīsit? ...

Lēctiō VII

Lēctiō septima: versūs 615–745

acervus
commeātus
cōnscīscere
cōnsultum
dēscrībere
dīmidium
ductus
ecquōs
ēnervāre
explēre
expōnere
exuere
grātēs
īnsigne
luxuriārī
obequitāre
pālus
prōcōnsul
profitērī
speculārī
supplēmentum
suprā
tolerābilis
trānscendere
vidēlicet

Exercitium 13

1. In senātū Carthāginiēnsī Māgō rēs ab Hannibale gestās ______________ [= nārrāvit] et 'deīs ______________ [= grātiās] agendās esse' dīxit.
2. "______________ [= plūs quam] CC mīlia hostium occīdit" inquit, "Rōmānōs bīnīs castrīs ______________ [= Rōmānīs bīna castra adēmit] ..."
3. In vestibulō cūriae effūdit tot ānulōs aureōs ut ______________ [= dīmidia pars] trēs modiōs ______________ [= complēret].
4. Adiēcit 'nēminem nisi equitem Rōmānum id ______________ gerere.'
5. Māgō '______________ [< supplēre], pecūniam, ______________ [= frūmentum, cibum...] Hannibalī mittendum esse' dīxit, atque Himilcō Hannōnem increpāre coepit.
6. Hannō respondit 'bellum aliquā ______________ [< tolerāre] condiciōne fīniendum esse, nec Hannibalī supplēmentō et commeātū opus esse, cum exercitūs hostium occīdisset et bīna castra cēpisset praedae ______________ [= scīlicet] plēna.'
7. "______________ [= num quōs] lēgātōs Rōmānī ad Hannibalem mīsērunt dē pāce?" interrogāvit Hannō.
8. Paucī Hannōnī assentiēbant: ingentī cōnsēnsū senātūs ______________ factum est ut magnum supplēmentum Hannibalī mitterētur.
9. In hībernīs exercitus Hannibalis ita ______________ est [= in luxū vīxit] ut ______________ [= invalida fierent] corpora.
10. Tib. Semprōnius Gracchus ______________ [: quī priōre annō cōnsul fuit] Poenōs ad Beneventum vīcit.
11. Syrācūsīs Archimēdēs interfectus est, cum intentus esset fōrmīs quās in pulvere ______________.
12. Hannibal ______________ [= explōrandī] causā ad ipsam portam Capēnam ______________ [= equō vectus est].
13. Capuā captā Campānī prīncipēs venēnō mortem sibi ______________ [= sē interfēcērunt].
14. Q. Fulvius senātōrēs Campānōs ad __________ alligātōs secūrī ferīrī iussit.
15. Cum nēmō imperium Hispāniae suscipere vellet, P. Scīpiō adulēscēns ______________ est [< prō- + fassus est] 'sē itūrum esse.'

16. Hasdrubal cum novō exercitū Alpēs __________ [< trāns + scandit], sed cum LVI mīlibus mīlitum caesus est M. Līviī cōs. __________ [< dūcere].
17. Multīs rēbus aliīs super aliās positīs magnus __________ fit.

Exersitium 14

1. Quis nūntius victōriae Cannēnsis Carthāginem vēnit? ...
2. Prō quibus rēbus diīs grātiās agendās esse dīxit Māgō? ...
3. Quōmodo Māgō dēmōnstrāvit quot equitēs Rōmānī caesī essent? ...
4. Quae fuit summa ōrātiōnis eius? ...
5. Quid Himilcō Hannōnem interrogāvit? ...
6. Quid Hannō Himilcōnī respondit? ...
7. Quid senātus Carthāginiēnsis dēcrēvit? ...
8. Quī dux Rōmānus prīmus exercitum Hannibalis vīcit? ...
9. Quōmodo exercitus Hannibalis in hībernīs ēnervātus est? ...
10. Quam urbem Siciliae M. Claudius Mārcellus obsēdit et expugnāvit? ...
11. In Hispāniā quem exitum tulērunt P. et Cn. Scīpiōnēs? ...
12. Capuā captā quid Campānī prīncipēs fēcērunt? ...
13. Quid ēvēnit M. Claudiō Mārcellō ē castrīs prōgressō? ...
14. Quārē Hasdrubal cum exercitū Alpēs trānsgressus est? ...
15. Num Hasdrubal sē Hannibalī iūnxit? ...

Lēctiō octāva: versūs 746–865

Lēctiō VIII

Exercitium 15

1. P. Scīpiō in Hispāniā cum Poenīs __________ [= fīnem fēcit bellandī], et in Āfricam nāve __________ foedus cum rēgibus Syphāce et Masinissā iūnxit.
2. Syphāx, cum Sophonisbam, fīliam Hasdrubalis Gisgōnis, uxōrem dūxisset, foedus quod cum Scīpiōne iūnxerat __________ [= revocāvit].
3. Scīpiō Poenōs vīcit et Syphācem cēpit, adiuvante Masinissā, quī Sophonisbam, uxōrem Masinissae, __________ [= amāre coepit].
4. Quā dē causā cum ā Scīpiōne __________ [= reprehenderētur], Masinissa Sophonisbae venēnum mīsit, quod illa __________ [= bibit], nē capta Rōmam dūcerētur.
5. Annō bellī XVI Hannibal ex diūtinā __________ [< possidēre] Italiae revocātus est.
6. __________ [= īrātus dentēs movēns] gemēnsque ac vix lacrimīs __________ [= abstinēns] dīcitur lēgātōrum verba audīvisse.
7. Dīxit 'sē nōn ā populō Rōmānō victum esse, sed __________ [< obtrectāre] atque invidiā senātūs Carthāginiēnsis'.
8. "Neque hāc __________ [< dēfōrmis] __________ [< redīre] meī" inquit "tam P. Scīpiō __________ [= ovābit] quam Hannō...!"
9. In Āfricā Hannibal , cum nēquīquam pācem cum Scīpiōne __________ temptāvisset, aciē victus est.
10. Carthāginem accītus in senātū fassus est 'sē bellō victum esse, nec spem salūtis __________ [= aliō locō] quam in pāce impetrandā esse'
11. Condiciōnibus pācis ēditīs, senātus Carthāginiēnsis multīs verbīs dē pāce __________ [= variās sententiās dīxit].
12. Antequam pāx facta est __________ Carthāginiēnsibus datae sunt in trēs mēnsēs, quibus iīs nōn licuit __________ [= in alium locum] quam Rōmam lēgātōs mittere.

adamāre
alibī
aliō (*adv*)
castīgāre
compōnere
dēbellāre
dēfōrmitās
disserere
exsultāre
frendere
haurīre
indūtiae
lūgubris
obses
obtrectātiō
pēnsiō
perfuga
possessiō
reditus
renūntiāre
temperāre
thema
trānsvehere
trirēmis

13. Pāx Carthāginiēnsibus data est hīs condiciōnibus: ______ [< perfugere] et captīvōs omnēs redderent Rōmānīs, nāvēs praeter X ______ [< III + rēmī] trāderent elephantōsque...; X mīlia talentum argentī discrīpta ______ aequīs in annōs L solverent; ______ C darent.
14. Nāvēs Poenōrum D in altum prōvectae incēnsae sunt, quārum incendium Poenīs tam ______ [= fūnestum] fuit quam sī ipsa Carthāgō ārdēret.

Exercitium 16

1. Quis cum Poenīs dēbellāvit in Hispāniā? ...
2. Cum quibus rēgibus P. Scīpiō foedus fēcit? ...
3. Cūr rēx Syphāx amīcitiam quam cum Scīpiōne fēcerat revocāvit? ...
4. Syphāce captō, quis uxōrem eius Sophonisbam adamāvit? ...
5. Cūr Masinissa Sophonisbae venēnum mīsit? ...
6. Victōriīs in Āfricā Scīpiōnis quid effectum est? ...
7. Quō animō Hannibal lēgātōs sē revocantēs audīvit? ...
8. Lēgātīs audītīs, ā quō sē victum esse dīxit Hannibal? ...
9. Num Hannibal Rōmānōs in Āfricā vīcit? ...
10. Quō Hannibal victus perfūgit? ...
11. Carthāgine quid fassus est in senātū? ...
12. Poenīs dēvictīs, cūr Rōmānī Carthāginem nōn dēlēvērunt? ...
13. Quid Carthāginiēnsēs Rōmānīs trādidērunt? ...
14. Quid nāvibus Carthāginiēnsium factum est? ...
15. Quō cognōmine imperātor P. Cornēlius Scīpiō nōbilitātus est? ...

Lēctiō grammatica

Lēctiō grammatica: versūs 866–873

Exercitium 17

termĭnātiō -ōnis *f*

Dē verbī thematīs et termĭnātiōnibus

futūrum
futūrum perfectum
gerundium
gerundīvum
imperfectum coniūnctīvī
imperfectum indicātīvī
imperātīvus praesentis
imperātīvus futūrī
īnfīnītīvus perfectī
īnfīnītīvus praesentis
participium futūrī
participium perfectī
participium praesentis
perfectum coniūnctīvī
perfectum indicātīvī
plūsquamperfectum coniūnctīvī
plūsquamperfectum indicātīvī
praesēns coniūnctīvī
praesēns indicātīvī
supīnum I
supīnum II

1. *Termĭnātiōnēs sunt litterae vel syllabae, ut* -re, -ō, -isse, -us, -a, -um, *quae adduntur ad vocābulī partem priōrem quae dīcitur* ______.
2. *Verbīs Latīnīs sunt terna themata:* (1) *thema* ______, *ut* ōrā-, dēbē-, leg-, pūnī-; (2) *thema* ______, *ut* ōrāv-, dēbu-, lēg-, pūnīv-; (3) *thema* ______, *ut* ōrāt-, dēbit-, lēct-, pūnīt-.
3. *Ex thematе praesentis* [–] *quae fōrmae fīunt additīs termĭnātiōnibus?*
   (1) *additō* –(e)re: ______ *praesentis;*
   (2) *additō* –(ē)ns –(e)ntis: ______ *praesentis;*
   (3) *additō* –ō, –(i)s, –(i)t...: ______ *indicātīvī;*
   (4) *additō* –(ē)bam, –(ē)bās, –(ē)bat...: ______ *indicātīvī;*
   (5) *additō* –bō, –bis, –bit... *aut* –am, –ēs, –et...: ______;
   (6) *additō* –em, –ēs, –et... aut –am, –ās, –at...: ______ *coniūnctīvī;*
   (7) *additō* –(e)rem, –(e)rēs, –(e)ret...: ______ *coniūnctīvī;*
   (8) additō –(e)nd|um -ī -ō: ______;
   (9) *additō* –(e)nd|us -a -um: ______;
   (10) *additō* – (*nūllō*), –te: ______ *praesentis;*
   (11) *additō* –(i)tō, –(i)tōte: ______ *futūrī.*
4. *Ex thematе perfectī* [~] *quae fōrmae fīunt?*
   (1) *additō* ~isse: ______ *perfectī;*
   (2) *additō* ~ī, ~istī, ~it...: ______ *indicātīvī;*
   (3) *additō* ~eram, ~erās, ~erat...: ______ *indicātīvī;*
   (4) *additō* ~erō, ~eris, ~erit...: ______ ______;
   (5) *additō* ~erim, ~eris, ~erit...: ______ *coniūnctīvī;*
   (6) *additō* ~issem, ~issēs, ~isset...: ______ *coniūnctīvī.*

5. *Ex thema͟te supīnī* [≈] *quae fōrmae fīunt?*
 (1) *additō* ≈um: ______________ I;
 (2) *additō* ≈ū: ______________ II;
 (3) *additō* ≈us -a -um: ______________ *perfectī* (*passīvī*);
 (4) *additō* ≈ūr|us -a -um: ______________ *futūrī.*

thema
thema praesentis [–]
thema perfectī [~]
thema supīnī [≈]

Exercitium 18

1. adigere, ad________isse, ad________um esse
2. currere, ________isse
3. dēficere, dē________isse, dē________um esse
4. differre, dis________isse, dī________um esse
5. dīripere, dī________isse dī________um esse
6. disserere, dis________isse, dis________um esse
7. explēre, ex________isse, ex________um esse
8. exscindere, ex________isse, ex________um esse
9. exuere, ex________isse, ex________um esse
10. haurīre, ________isse, ________um esse
11. inquīrere, in________isse, in________um esse
12. nequīre, ne________isse
13. obicere, ob________isse, ob________um esse
14. obruere, ob________isse, ob________um esse
15. opplēre op________isse, op________um esse
16. permiscēre, per________isse, per________um esse
17. prōcidere, prō________isse
18. profitērī, pro________um esse
19. trāicere, trā________isse, trā________um esse
20. trānscendere, trān________isse

dē-ficiō -iunt
dī-ripiō -iunt
ne-queō -eunt
ob-iciō -iunt
trā-iciō -iunt

CAPITVLVM VNDEQVINQVAGESIMVM

Cap. XLIX

Lēctiō prīma: versūs 1–101

Lēctiō I

Exercitium 1

1. Nēmō ______________ [= negat] Hannibalem cēterōs imperātōrēs prūdentiā ______________ [= praestāre].
2. Etsī populus Rōmānus aliās ______________ [= gentēs] virtūte ______________ [= antecēdit], tamen Hannibal semper victor discessit ______________ cumque cum Rōmānīs ______________ est [= cōnflīxit] in Italiā.
3. At ille invidiā et obtrectātiōne cīvium ______________ [< dēbilis] est.
4. Odium Hannibalis ergā Rōmānōs velut ______________ [< hērēs] eī relictum erat ā patre Hamilcare, quī eum ______________ [= parvum puerum] iūrāre iussit 'numquam sē in amīcitiā cum Rōmānīs fore!'
5. Post ______________ [< obīre] Hamilcaris, Hasdrubal, ______________ [= scīlicet] gener eius, imperātor ______________ [= locō eius factus] est.
6. Hasdrubale occīsō, exercitus Hannibalem imperātōrem nōmināvit, id quod ā senātū Carthāginiēnsī ______________ [= probātum] est.
7. Hannibal, ______________ [= postquam] gentēs Hispāniae subēgit, Saguntum, cīvitātem ______________ [< foedus], vī expugnāvit.
8. Exercitum Pȳrēnaeum et Alpēs trādūxit, cum incolīs cōnflīxit eōsque ______________ [= cecīdit].
9. Nēmō umquam ________ [= eā viā] Alpēs transierat cum exercitū.

antecēdere
comprobāre
concīdere
congredī
(manum) cōnserere
dēbilitāre
dēligāre
dētrīmentum
dispālārī
eā
expedīre
foederātus
hērēditās
indigēre
īnfitiārī
nātiō
obductā (nocte)
obitus

operam dare
posteāquam
praestāre
prōflīgāre
puerulus
quotiēscumque
rēpere
sēiungere
sufficere
suspīciō
utpote
verba dare
vīsus

10. Apud Padum Hannibal bis manum ________ [= proelium commīsit] cum Rōmānīs eōsque ________ [= dēvīcit].
11. In Etrūriae palūdibus, cum trēs noctēs somnī ________ [= eguisset], alterum oculum āmīsit.
12. Exercitū cōnsulārī ad lacum Trasumennum victō, Hannibal dictātōrī Fabiō Māximō, quī eum intrā montēs clauserat, ________ dedit [= illūsit] et sine ________ [= damnō] sē ________ [= līberāvit]:
13. ________ [: obscūrā] nocte bovēs cum sarmentīs ārdentibus in cornibus ________ [= alligātīs] ________ [= passim pālātōs] immīsit, quō ________ [< vīdēre] Rōmānōs terruit.
14. Lēgātī Rōmānī ________ dedērunt [= labōrāvērunt] ut Hannibalem in ________ [↔ fidem] rēgī Antiochō addūcerent.
15. Mōns Pȳrēnaeus Hispāniam ā Galliā ________ [= disiungit].
16. Īnfāns quī nōndum ambulāre potest, manibus et genibus ________.

Exercitium 2

1. Quid Cornēlius Nepōs dīcit dē fortitūdine Rōmānōrum? ...
2. Quid cēnset dē prūdentiā Hannibalis imperātōris? ...
3. Quōmodo imperātor ille fortissimus dēbilitātus est? ....
4. Quis animum Hannibalis odiō ergā Rōmānōs incendit? ...
5. Post obitum Hamilcaris et Hasdrubalis quis imperātor factus est? ...
6. Quid Hannibal imperātor ēgit in Hispāniā? ...
7. Saguntō captō quō exercitum sēcum dūxit? ...
8. Cum quō apud flūmen Rhodanum cōnflīxit? ...
9. Quī montēs Italiam ab Galliā sēiungunt? ...
10. Alpēs trānsgressus ubi Hannibal equestribus proeliīs Rōmānōs fūdit? ...
11. Quō morbō Hannibal in Etrūriā affectus est? ...
12. Quid factum est apud lacum Trasumennum? ...
13. Quōmodo Hannibal Fabiō Māximō dictātōrī verba dedit? ...
14. Quis cōnsul Rōmānus apud Cannās occīsus est? ...

Lēctiō II

Lēctiō secunda: versūs 102–178

Exercitium 3

adversārius
aēneus
avāritia
bīduum
compōnere (bellum)
cōnsīderāre
corōna
dīlēctus
disicere
ēnumerāre
facultās
grātiā
impraesentiārum
īnsciēns
palam (facere)
pendere
plumbum
praebēre, sē

1. ________ [= tam diū quam] Hannibal in Italiā fuit, nēmō eum vīcit.
2. Longum est omnia eius proelia ________.
3. Cum exhaustae essent Carthāginiēnsium ________ [= opēs], Hannibal revocātus est, ut ________ [= in praesēns tempus] bellum ________ [= bellō fīnem pōneret] cum Rōmānīs.
4. Apud Zamam victus Hannibal ________ [= duōbus diēbus] Hadrūmētum pervēnit.
5. Tum pāx facta est, sed nihilō ________ [= nihilō minus, tamen] Hannibal exercituī praefuit.
6. Posterō annō Carthāginiēnsēs lēgātōs Rōmam mīsērunt, quī Rōmānīs grātiās agerent eōsque ________ aureā dōnārent.
7. Hannibal 'rēx' creātus effēcit ex novīs ________ ut pecūnia quae ex condiciōnibus pācis Rōmānīs dēbēbātur ________ [= solvī] posset.
8. Ubi cognōvit lēgātōs Rōmā vēnisse suī exposcendī ________ [= causā], Hannibal in Syriam profūgit ad rēgem Antiochum, quī ________ [< adversus] Rōmānōrum fuit.
9. Fugā ________ factā [= patefactā], Poenī bona eius ________ [< pūblicus] et domum ________ [= dīruērunt].

10. Antiochō victō Hannibal Crētam vēnit, ut ibi ______________ [= reputāret] quō proficīscerētur.
11. Vir callidē ______________ [= praeparāvit, cūrāvit] nē pecūniam suam āmitteret propter ______________ [< avārus] Crētēnsium.
12. Amphorās ______________ complēvit summīs aurō opertīs eāsque palam in templō dēposuit.
13. Tum, ______________ [= īnsciīs] Crētēnsibus, statuās ______________ [= aereās] aurō et argentō complēvit, eāsque in ______________ ante domum suam abiēcit.
14. Hannibal cum optimum imperātōrem tum bonum magistrātum sē ______________ [= sē esse ostendit].
15. Novī mīlitēs ______________ [< dīligere] cōnscrībuntur

prōpatulum
prōvidēre
pūblicāre
quamdiū
(nihilō) sētius
vectīgal

Exercitium 4

1. Cūr Hannibal ex Italiā revocātus est? ...
2. Quis fuit Hannibalis adversārius in Āfricā? ...
3. Num Hannibal Rōmānōs in Āfricā vīcit? ...
4. Quārē bellum compōnere cōnātus est? ...
5. Ubi Hannibal cum P. Scīpiōne cōnflīxit? ...
6. Quō Hannibal victus profūgit? ...
7. Pāce cum Rōmānīs factā quid ēgit Hannibal? ...
8. Quārē Carthāginiēnsēs lēgātōs Rōmam mīsērunt? ...
9. Cūr Rōmānī captīvōs Carthāginiēnsēs remittere recūsāvērunt? ...
10. Quid Hannibal Karthāgine effēcit? ...
11. Cūr Hannibal in Syriam ad rēgem Antiochum fūgit? ...
12. Fugā eius patefactā quid Poenī fēcērunt? ...
13. Num Antiochus prosperē cum Rōmānīs pugnāvit? ...
14. Quō Hannibal ex Syriā sē contulit? ...
15. Quid Hannibal in Crētā cōnsīderābat? ...
16. Cūr amphorās plumbō complētās in templō dēposuit? ...
17. Quōmodo pecūniam suam abdidit? ...

Lēctiō tertia: versūs 179–275

Lēctiō III

Exercitium 5

1. Ex Cretā Hannibal ad Prūsiam in Bīthȳniam vēnit; quem cum vidēret nōn satis ______________ [= fīrmum, validum] esse, conciliābat eī aliōs rēgēs; sed Eumenēs, rēx Pergamēnus, ab eō ______________ [= dissentiēbat].
2. Cum eō bellum erat et marī et terrā, sed ______________ [= utrōque locō] Eumenēs superior erat.
3. Hannibal vērō classem Pergamēnam ______________ [= prūdentiā] sīc vīcit:
4. Plūrimās ______________ [= anguēs] ______________ [< venēnum] in vāsa ______________ [= ē terrā coctā facta] coniēcit.
5. Ante proelium ______________ [< cohortārī] ______________ [= mīlitum nāvālium] fēcit iīsque praecēpit ut omnēs nāvem rēgis peterent.
6. In proeliō, cum Bīthȳniī ex ______________ [< praecipere] Hannibalis nāvem Eumenis pepulissent, vāsa fictilia in reliquās nāvēs coniēcērunt.
7. Pergamēnī, cum nāvēs suās serpentibus opplētās vidērent, ad castra sua ______________ [< nauta] fūgērunt.
8. Nec tum modo, sed saepe __________ [= aliō tempore] Hannibal hostēs vīcit.
9. Rōmae ______________ vēnit [= accidit] ut ūnus ē lēgātīs Prūsiae inter cēnam dīceret 'Hannibalem in rēgnō Prūsiae esse'.

acquiēscere
aliās (*adv*)
arbitrium
classiārius
cohortātiō
concipere
(patrēs) cōnscrīptī
cōnsilium
cōnsuēscere
cōnsuētūdō
dissidēre
districtus
doctor
dūcere
ēlegāns
eximere
fictilis

fortuītō
innumerābilis
mētārī
nauticus
nōnnihil
peragrāre
praeceptum
prīstinus
rōbustus
serpēns
ūsū (venīre)
utrobīque
venēnātus

10. Quod cum patrēs ______________ [: senātōrēs] comperissent, lēgātōs eō mīsērunt, quī eum exposcerent.
11. Hannibal, cum plūrēs praeter ______________ [< cōnsuēscere] armātī appārērent, intellēxit id nōn ______________ [= forte] fierī, sed sē petī.
12. Ergō, nē vītam aliēnō ______________ [< arbiter] āmitteret, venēnum sūmpsit, quod semper sēcum habēre ______________ [= solēbat]..
13. Sīc vir fortissimus, memor ______________ [= antīquārum] virtūtum, ______________ [ad + quiēvit] annō LXX.
14. Vir tantīs bellīs ______________ [= occupātus] etiam ______________ [= haud paulum] temporis litterīs tribuit atque aliquot librōs Graecē cōnscrīpsit, cum Sōsilō litterārum Graecārum ______________ [= magistrō] ūterētur.
15. Nēmō Hannibalī metum quem ex populō Rōmānō ______________ [= in animum accēperat] ______________ [= adimere] poterat.
16. Hannibal Alexandrum māximum imperātōrem fuisse ______________ [= exīstimābat], quod parvā manū exercitūs ______________ [< in- + numerāre] fūdisset atque ultimās ōrās ______________ [= pererrāvisset].
17. Pyrrhus castra ______________ [= rēctē locāre] prīmus docuit.
18. Dīdō rēgīna in epulārum apparātū ______________ [= decēns] fuit.

Exercitium 6

1. Quō Hannibal ex Crētā vēnit? ...
2. Quid apud rēgem Prūsiam ēgit? ...
3. Quī rēx, Rōmānīs amīcus, bellum cum Prūsiā gerēbat? ...
4. Ante proelium nāvāle quid classiāriīs praecēpit? ...
5. Nāve rēgis pulsā, quōmodo Bīthӯniī reliquās nāvēs adortī sunt? ...
6. Quō Pergamēnī sē rettulērunt? ...
7. Quōmodo Rōmānī cognōvērunt Hannibalem apud Prūsiam esse? ...
8. Cūr Prūsiās Hannibalem Rōmānīs dēdere recūsāvit? ...
9. Ubi Hannibal latēbat? ...
10. Quid puer quī forēs castellī circumiisset Hannibalī nūntiāvit? ...
11. Quid fēcit Hannibal nē ā Rōmānīs vīvus caperētur? ...
12. Quā linguā Hannibal librōs cōnscrīpsit? ...
13. Quō magistrō litterārum Graecārum ūsus est? ...

Lēctiō grammatica

Lēctiō grammatica: versūs 276–295

Exercitium 7

contractiō -ōnis *f* < contrahere

-āvis- > -ās
-ēvis- > -ēs-
-ōvis- > -ōs
-īvis- > -iis- >-īs-

-āver/-āvēr- > -ār-
-ēver/-ēvēr- > -ēr-
-ōver/-ōvēr- > -ōr-
-īver- > -ier-
-īvēr- > -iēr-

Dē contractiōne verbōrum
Exempla
Excidit -v-: rogāvisse > rogāsse; rogāverat > rogārat; rogāvērunt >rogārunt; cupīvisse > cupiisse/cupīsse; cupīverat > cupierat; cupīvērunt > cupiērunt

1. vocāvisse > voc______; vocāvistī > voc______; vocāvisset > voc______.
2. vocāverat > voc______; vocāverit > voc______; vocāvērunt > voc______.
3. cōnsuēvisse > cōnsu______; cōnsuēvistī > cōnsu______; cōnsuēvisset > cōnsu______.
4. cōnsuēverat > cōnsu______; cōnsuēverit > cōnsu______; cōnsuēvērunt > cōnsu______.
5. nōvisse > nō______; nōvistī > nō______; nōvisset > nō______.
6. nōverat > nō______; nōverit > nō______; nōvērunt > nō______.
7. petīvisse > pet______/pet______; petīvistī > pet______/pet______; petīvisset > pet______/pet______.
8. petīverat > pet______; petīverit > pet______; petīvērunt > pet______.

Exercitium 8

1. acquiēscere, ac________isse
2. concīdere, con________isse, con________um esse
3. congredī, con________um esse
4. cōnserere, cōn________isse, cōn________um esse
5. cōnsuēscere, cōn________isse
6. eximere, ex________isse, ex________um esse
7. rēpere, ________isse
8. sufficere, suf________isse, suf________um esse

con-gredior -iuntur

suf-ficiō -iunt

CAPITVLVM QVINQVAGESIMVM

Lēctiō prīma: versūs1–128

Exercitium 1

1. Bellum cum rēge Philippō ____________ [= coeptum] est annō quīngentēsimō ____________ prīmō [DLI] ab urbe conditā.
2. T. Flāminīnus cōs. Philippum ex Ēpīrō fugāvit et, postquam Thessaliam ____________ [= vāstāvit], ibi signīs ____________ cum rēge dēbellāvit.
3. Ob rēs prosperē gestās in v diēs ____________ dēcrētae sunt.
4. Flāminīnus Elatēae ____________ [= in hībernīs erat]; inde, pāce factā captīvīsque et ____________ [= perfugīs] redditīs Rōmānīs, Corinthum ad Isthmiōrum lūdicrum profectus est.
5. Is Graeciae ____________ [< mercārī] erat, quō multī conveniēbant.
6. Praecō in mediam ____________ prōcessit et magnā vōce ____________ 'senātum Rōmānum, Philippo dēvictō, līberōs, ____________ [= sine vectīgālibus], suīs lēgibus esse iubēre omnēs gentēs Graeciae...'
7. Gentēs quae sub diciōne rēgis fuerant ____________ [= ēnumerāvit].
8. Hōc audītō Graecī, quī lībertātem ____________ [= valdē cupiēbant], prīmō ____________ [= mīrantēs] siluērunt, sed cum praecō iterum prōnūntiāvisset eadem, clāmor et plausus ortus est
9. Lūdicrum ____________ [= celeriter] perāctum est, cum nēmō spectāculō intentus esset: ūnum gaudium ____________ spectātōrum animōs.
10. Magnō cum ____________ [< sentīre] ____________ [↔ dolōris] Graecī comperērunt 'populum Rōmānum suā ____________ [= pecūniā pēnsā], suō labōre ac perīculō bella gerere prō lībertāte aliōrum!'
11. Nec ____________ [= tantum/modo] prō fīnitimīs et gentibus propinquae ____________ [< vīcīnus] pugnant Rōmānī, sed maria trāiciunt, nē ____________ [= ūllum] iniūstum imperium sit!
12. Catō bellō ____________ [< citrā] Hispāniam ____________ [< pāx].
13. Vere prīmō Corinthī ____________ [< convenīre] fuit, ubi Flāminīnus Graecīs suās rēs gestās ____________ [= exposuit] et ____________ [= adiēcit] 'sibi in animō esse exercitum ē Graeciā ____________.'
14. Prōtinus agmen ab arce dēscendit, quod cūnctī ____________ [= secūtī] sunt, dum Flāminīnum '____________' [< servāre] 'līberātōrem'que ____________ [< ad + clāmant].
15. Flāminīnus omnēs cōpiās Brundisium ____________ [= trāiēcit].
16. Rōmae ____________ [= trēs diēs] triumphāvit: aurum argentumque factum et ____________ [↔ factum] trānstulit ac multōs captīvōs obsidēsque.
17. Sicilia īnsula est, nōn terrā ____________ iūncta cum Italiā.
18. ____________ nostrī sunt patrēs, avī, cēt., posterī sunt fīliī, nepōtēs, cēt.

Cap. L

Lēctiō I

acclāmāre
ārea
avēre
citerior
cōnferre (signa)
continēns
conventus
dēportāre
ēdisserere
hībernāre
immūnis
impēnsa
īnfectus
inīre
māiōrēs
mercātus
mīrābundus
pācāre
percēnsēre
praeoccupāre
prōnūntiāre
prōsequī
(nē) quod
quīnquāgēsimus
raptim
sēnsus
servātor
subicere
supplicātiō
tantummodo
trīduum
trānsfuga
trānsportāre
vexāre
vīcīnitās
voluptās

Exercitium 2

1. Cui rēgī bellum illātum est post bellum Pūnicum secundum? ...
2. Quis cum rēge Philippō in Thessaliā dēbellāvit? ...
3. Hāc victōriā nūntiātā quid dēcrēvit senātus? ...
4. Ubi lēgātīs Philippī senātus datus est? ...
5. Quibus condiciōnibus pāx Philippō data est? ...
6. Cūr magnus numerus Graecōrum Corinthum convēnerant? ...
7. Quid praecō spectātōribus lūdōrum prōnūntiāvit? ...
8. Quōmodo Graecī nūntium lībertātis accēpērunt? ...
9. Lūdīs dīmissīs quō spectātōrēs ruērunt? ...
10. Cum quō tyrannō Flāminīnus posterō annō bellum gessit? ...
11. Exercitusne Rōmānus in Graeciā remānsit? ...
12. Quid senātus Flāminīnō dēcrēvit postquam rēs gestās ēdisseruit? ...
13. Quot diēs T. Quīnctius Flāminīnus triumphāvit? ...
14. Quās rēs in triumphō trānstulit? ...

Lēctiō II

Lēctiō secunda: versūs 129–275

artus
callis
circuīre
circumvehī
contemplārī
continuāre
dīlūcēscere
dirimere
diurnus
dūcere (uxōrem)
exaequāre
incautus
īnsīdere
intercēdere
intermittere
iugum
nī
peculātus
permūnīre
porrō
rādīx
scālae
sēmiermis
subsidium
trānsmittere
vertex

Exercitium 3

1. Dum rēx Antiochus Chalcide mōrātur, M.' Acīlius cōs. exercitum Larīsā Crannōnem et inde __________ [↔ retrō] ad faucēs Thermopylārum dūxit.
2. __________ [= mōns longus] Thermopylārum mediam Graeciam __________ [= disiungit].
3. Acīlius in faucibus Thermopylārum castra posuit adversus Antiochum, quī castra sua duplicī vāllō __________ [= bene mūnīverat].
4. Antiochus Aetōlīs imperāvit ut __________ [= culmina] montium __________ [= occupārent], nē Rōmānī __________ [= parvīs viīs] trānsīrent et castra sua __________ [= circumīrent].
5. Acīlius, aciē __________ [= cōnfertā] fronte īnstrūctā, cōpiās rēgis intrā mūnīmenta pepulit, sed recēdere coāctus esset, __________ [= nisi] Catō __________ [= auxiliō] vēnisset.
6. Catō enim in iugō Callidromī Aetōlōs __________ [↔ cautōs] atque sōpītōs oppresserat.
7. Macedonēs abiectīs armīs fūgērunt, et rēx cum paucīs __________ [= nec armātīs nec inermibus] mīlitibus Chalcidem sē recēpit atque inde Ephesum __________ [= trāiēcit].
8. Acīlius, castrīs ad Hēraclēam mōtīs, equō urbem __________ [= circum urbem vectus] est, ut moenia __________ [= intuērētur].
9. Dum urbs quattuor ē partibus oppugnātur, XXIV diēs nocturnus labor __________ [↔ nocturnō] __________ [< continuus] est.
10. Mediā nocte oppugnātiōne __________ [↔ continuātā], IV vigiliā ā tribus partibus urbem aggressus est, ab ūnā mīlitēs signum exspectābant.
11. Cum iam __________ [= illūcēsceret], signō datō mīlitēs ab eā parte quae dēfēnsōribus carēbat mūrōs integrōs __________ trānscendērunt!
12. L. Cornēlius Scīpiō, Antiochō in Asiā dēvictō, 'Asiāticus' appellātus frātrī cognōmine __________ [= aequātus] est.
13. Cum L. Scīpiō Asiāticus __________ [= fūrtī pecūniae pūblicae] damnātus esset, Tib. Semprōnius Gracchus tribūnus plēbis __________ [= vetuit].
14. Ob id beneficium ille Cornēliam, fīliam P. Scīpiōnis Āfricānī, __________.
15. __________ est pars arboris subterrānea sīve pars īnfima montis.

Exercitium 4

1. Cum quibus Antiochus societātem iūnxit, ut bellum Graeciae īnferret? ...
2. Quōmodo rēx Antiochus Chalcide hiemem cōnsūmpsit? ...
3. Quō M'. Acīlius cōnsul prīmō vēre exercitum dūxit? ...
4. Quō Antiochus sē recēpit? ...
5. Quā pugnā memorābilis est locus quī appellātur Thermopylae? ...
6. Quōmodo Antiochus ad Thermopylās castra sua permūnīvit? ...
7. Quid fēcit Antiochus nē Rōmānī iuga imminentia trānsīrent? ...
8. Quis in mediō proeliō suprā castra appāruit? ...
9. Quōmodo M. Porcius Catō Aetōlōs ab iugō Callidromī dēiēcerat? ...
10. Cūr Macedonēs repente armīs abiectīs fūgērunt? ...
11. Quō rēx Antiochus proeliō victus sē recēpit? ...
12. Num Acīlius Chalcidem veniēns rēgem invēnit? ...
13. Quem cōnsul Rōmam mīsit quī senātuī victōriam nūntiāret? ...
14. Quō Acīlius castra ab Thermopylīs mōvit? ...
15. Ubi sita est Hēraclēa et quōmodo mūnīta est? ...
16. Quot diēs oppugnātiō Hēraclēae continuāta est? ...
17. Aetōlīs fatīgātīs, ab quot partibus Rōmānī urbem aggressī sunt? ...
18. Cūr ūna pars mūrōrum nōn dēfendēbātur? ...
19. Quōmodo Rōmānī ibi mūrōs trānscendērunt? ...
20. Num Aetōlī arcem Hēraclēae dēfendere potuērunt? ...
21. Quis prīmus Rōmānōrum ducum in Asiam trāiēcit? ...
22. Quā condiciōne Antiochō in Asiā victō pāx data est? ...
23. Quō cognōmine L. Cornēlius Scīpiō appellātus est? ...

Lēctiō tertia: versūs 276–383

Lēctiō III

Exercitium 5

1. In Thessaliā P. Licinius Crassus levibus ________ [< expedīre] cum Perseō, rēge Macedoniae, haud prosperō ________ [< ēvenīre] pugnāvit.
2. In Āfricā dē agrō ________ [= certāmen] fuit inter Poenōs et Masinissam.
3. Annō DLXXXVI a. u. c. Perseus ā L. Aemiliō Paulō dēvictus est, et ________ [= deinde] omnis Macedonia dēdita.
4. Illō proeliō magna hostium strāgēs facta est paucōrum Rōmānōrum ________ [= paucīs Rōmānīs āmissīs].
5. Rōmae laetitia eius victōriae ________ [= ante capta] est, nam quārtō post diē ________ [= IV diē postquam] pugnātum est, in circō ________ [↔ clāmor] spectācula pervāsit 'in Macedoniā dēvictum rēgem esse.'
6. ________ [= crēvit] ________ [< fremere] et populus spectāculī ________ [= oblītus] clāmāre et plaudere coepit propter nūntium illum ________ similem [= quī vērus esse vidēbātur].
7. Cum auctor nūntiī nūllus reperīrētur, laetitia ________ [= cessāvit] quidem, sed ________ [= signum reī fūtūrae] laetum animīs ________ [= in animīs sedēbat/remanēbat].
8. Hoc ________ [< augur] animōrum XIII diē firmātum est adventū tabellāriī quī litterās ________ [= laurō ōrnātās] cōnsulī trādidit in circō.
9. Cōnsul litterīs lēctīs populō ________ [= prōnūntiāvit] 'L. Aemilium cum Perseō pugnāsse; Macedonum exercitum caesum fūsumque...'
10. Postquam lēgātī ab Aemiliō Paulō advēnērunt, senātus supplicātiōnēs in quīnque diēs circā omnia ________ [= torōs deōrum] dēcrēvit.

augurium
coniūrātus
deinceps
dēnūntiāre
ēvānēscere
ēventus
expeditiō
fremitus
iactūra
immemor
incrēscere
īnsidēre
invius
laureātus
līs
murmur
nāvālia
ōmen
praecipere
pulvīnar
(post...) quam
vērī similis

11. Placuit ut nāvēs in __________ collocārentur atque ut dīmitterentur sociī nāvālēs et mīlitēs __________ [= quī in verba cōnsulis iūrāverant].
12. Difficile est per saltūs __________ [= sine viā] penetrāre.

Exercitium 6

1. Quis rēgī Philippō V successit? ...
2. Cūr Rōmānī rēgī Perseō bellum indīxērunt? ...
3. Ubi P. Licinius Crassus cum Perseō pugnāvit et quō ēventū? ...
4. Ā quō dēvictus est rēx Perseus? ...
5. Quōs victōriae nūntiōs L. Aemilius Paulus Rōmam mīsit? ...
6. Quae oppida deinceps Rōmānīs sē dēdidērunt? ...
7. Quō rēx Perseus victus trāiēcit? ...
8. Quōmodo victōriae laetitia Rōmae praecepta est? ...
9. Quid factum est cum C. Licinius cōnsul quadrīgās mitteret? ...
10. Cūr populus lūdōs circēnsēs relīquit? ...
11. Quid lēgātī Paulī in senātū et in cōntiōne exposuērunt? ...
12. Lēgātīs audītīs quid cōnsul ēdīxit? ...
13. In quot diēs supplicātiōnēs dēcrētae sunt? ...
14. Quid ex Illyricō nūntiātum est? ...

Lēctiō IV

abaliēnāre
abscēdere
accessiō
clēmentia
cōnscius
cōnspectus
cōnsurgere
contentus
dēlitēscere
dēvehere
effulgēre
extorris
fīdūcia
flātus
ignōbilis
illacrimāre
incolumitās
introīre
lembus
mercātūra
ministerium
miserātiō
māceria
mūtātiō
percontātiō
porrigere
postīcum
praetōrius
pullus
sors

Lēctiō quārta: versūs 384–506

Exercitium 7

1. Perseus, quī nōn __________ rēgnō Macedoniae fīnitimōs oppugnāverat, iam āmissō exercitū, __________ [= exsul] rēgnō, in parvam īnsulam compulsus est.
2. Etiam victor Paulus __________ [< miserārī] permōtus __________ [= fortūnae] hūmānae __________ [< in + lacrimāvisse] dīcitur.
3. Perseus trēs __________ [↔ nōbilēs] ad Paulum mīsit cum litterīs quārum titulus erat: "*Rēx* Perseus cōnsulī Paulō salūtem."
4. Perseō victō necesse fuit nōmen 'rēgis' oblīvīscī et sē suaque omnia in fidem et __________ [< clēmēns] populī Rōmānī permittere.
5. Sōlus relictus, cum omnium animōs ā sē __________ [↔ sibi conciliāvisset], fugae cōnsilium cēpit.
6. Quendam Crētēnsem, quī __________ [< mercārī] in eā regiōne faciēbat, rogāvit ut __________ [= nāviculā] sē in Thrāciam __________.
7. Mediā nocte cum tribus __________ [↔ īnsciīs] cōnsiliī per __________ [= ōstium posterius] in hortum exiit ac __________ aegrē trānscendit.
8. Cum vērō nāvis in portū nōn esset, in templō __________ [= latuit].
9. Nē tum quidem 'puerī rēgiī', quī __________ [< minister] rēgis fungēbantur, ab eō __________ [= abībant].
10. At cum Cn. Octāvius rēgiīs puerīs __________ [< incolumis] prōmīsisset, __________ [< trānsīre] omnium facta est.
11. Tum Perseus sē Octāviō trādidit, et in nāvem __________ [= praefectī] impositus ad cōnsulem missus est.
12. Amictū __________ [= ātrō] praetōrium (__________ imperātōris) [= intrāvit].
13. Cōnsul __________ [= surrēxit] et rēgī dextram __________ [= extendit] nec eum sē ad pedēs __________ [= dēmittere] passus est.
14. "Quā __________ [= coāctus] iniūriā" inquit "contrā populum Rōmānum tam __________ [= tantā vī] bellum suscēpistī...?" nec rēx ad hanc __________ [< percontārī] respondit.

15. Cōnsul eum hortātus est ut ______________ [= cōnfīdentiam] salūtis habēret, ______________ [= quōcumque modō] haec incidissent.
16. Perseum ______________ [= cōnspicuum] faciēbant nōn modo patris et avī fāma, sed ______________ [< ex + fulgēbant] Philippus et Alexander.
17. Fortūna eius est exemplum ______________ [< mūtāre] rērum hūmānārum.
18. Animus virī sapientis ______________ [< flāre] prosperārum rērum nōn effertur.
19. Bellum Illyricum tantum ______________ [< accēdere] bellī Macedonicī fuit.

subigere
submittere
tabernāculum
trānsitiō
utcumque
violenter

Exercitium 8

1. Quī lēgātī Aemiliō Paulō cōnsulī litterās Perseī attulērunt? .,..
2. Quōmodo cōnsul lēgātōs vidēns affectus est? ...
3. Cūr Paulus lēgātōs sine respōnsō ac sine litterīs dīmīsit? ...
4. Quid Perseus alterīs litterīs petīvit et impetrāvit? ...
5. Quid lēgātī Rōmānī ā Perseō postulāvērunt? ...
6. Cūr Perseus fugae cōnsilium capere coāctus est? ...
7. Perseus ubi erat et quō īre cupiēbat? ...
8. Cūr in Thrāciam īre nōn potuit? ...
9. Ubi rēx Samothrācae dēlituit? ...
10. Cui rēx sōlus cum fīliō relictus sē trādidit? ...
11. Quō Octāvius rēgem captum mīsit? ...
12. Quōmodo Paulus Perseum in praetōriō recēpit? ...
13. Quid cōnsul Perseum percontātus est? ...
14. Cum rēx nihil respondēret, quid consul eum hortātus est? ...

Lēctiō quīnta: 507–601

Lēctiī V

Exercitium 9

1. Rēgnum Macedoniae sub rēge Alexandrō in Asiam sē ______________ [= super rīpās effūdit].
2. Euboea īnsula ponte (terrae) ______________ iūncta est.
3. Minerva dea est ______________ [= cūstōs] arcis Athēnārum.
4. In templō Aesculapiī, quod v mīlibus passuum ab Epidaurō ______________, aegrī dōna deō sacrābant prō remediīs ______________ [< salūs].
5. Lacedaemoniī ______________ [< discipulus] sevērissimā ēducābantur.
6. Olympiae Paulus Iovī sacrificium māius ______________ [= quam fierī solēbat] fēcit haud ______________ [= aliter] quam sī Rōmae in Capitōliō immolāvisset.
7. Amphipolim reversus Paulus in ______________ sedēns 'līberōs esse Macedonas' prōnūntiāvit, eōsque ______________ pendere Rōmānīs iussit.
8. Paulus, accītīs ______________ quī ______________ artem faciēbant, magnificum lūdicrum apparāvit, ubi ______________ validissimī inter sē certāvērunt.
9. Epulae quoque māximā ______________ [< opulentus] parātae sunt
10. ______________ [< vulgus] opulentia epulārum laudābātur.
11. ______________ est rēs quā aegrī sānantur.
12. Fīlius P. Scīpiōnis Āfricānī fīlium L. Aemiliī Paulī ______________.

adoptāre
āthlēta
artifex
continēns
disciplīna
distāre
(ars) lūdicra
opulentia
praeses
remedium
salūtāris
secus
solitō (māior)
superfundere (sē)
tribūnāle
tribūtum
vulgō

Exercitium 10

1. Quis fuit prīmus nōbilis rēx Macedoniae? ...
2. Quot annōs rēgnāvit Alexander? ...
3. Num Alexander sē Eurōpae fīnibus continuit? ...
4. Quid morte Alexandrī rēgnō eius factum est? ...

5. Quot lēgātī Rōmānī in Macedoniam missī sunt? ...
6. Quid fēcit Aemilius Paulus prīmō autumnō? ...
7. Quem locum prīmum petīvit? ...
8. Quārē inclutus est portus Aulidis? ...
9. Cūr Agamemnōn fīliam suam victimam ārīs admōvit? ...
10. Cui deae Paulus Athēnīs sacrificium fēcit? ...
11. In Peloponnēsō quās urbēs vīsit Paulus? ...
12. Olympiae quid animum Paulī mōvit? ...
13. Quid Paulus ex tribūnālī Macedonibus prōnūntiāvit? ...
14. Postquam Macedoniae lēgēs dedit, quid apparāvit?
15. Quid magnīs lūdīs in Graeciā fierī solet? ...

Lēctiō VI

Lēctiō sexta: versūs 602–680

adoptiō
cōnfundere
dēflēre
dēstināre
documentum
gaza
impedīmentum
inexpugnābilis
praetestātus
prōgeniēs
prōventus
quaesō
successor
turmātim

Exercitium 11

1. Perseus ______________ [< succēdere] Philippī V fuit.
2. Perseus in catēnīs in triumphō ductus ______________ [< docēre] fuit sortis hūmānae.
3. Paulum triumphantem secūtī sunt duo fīliī quōs in ______________ [< adoptāre] dederat, deinde equitēs ______________ [= in turmīs] et peditēs.
4. Cōnsul vērō duōs fīliōs minōrēs ______________ [< praetextus] sēcum vehere nōn potuit, nam alter ante triumphum, alter paulō post dēcessit.
5. Ex tantā ______________ [= stirpe] līberōrum nēmō domī Paulī supererat.
6. Paulus ōrātiōne quā prīvātam suam calamitātem cum secundā fortūnā pūblicā comparāvit, audientium animōs magis ______________ [= permōvit] quam sī sortem suam ______________ [= sortī suae illacrimāvisset].
7. Paulus: "______________ [= ōrō] sinātis mē cum pūblicā fēlīcitāte comparāre prīvātam meam fortūnam."
8. Cum castra hostium ______________ essent [= expugnārī nōn possent], Paulus aciē Perseum dēvīcit ad Pydnam.
9. Victōriam Paulī rēs secundae velut ______________ [= magnae frūgēs] secūtae sunt: cīvitātēs sē dēdidērunt, ______________ [= thēsaurus] rēgia in potestātem Rōmānōrum vēnit, ac rēx ipse cum līberīs captus est.
10. Nōnnumquam tempestās ______________ [< impedīre] victoriae fuit.
11. Fīlius imperātōris triumphantis sibi ipse similem triumphum ______________.

Exercitium 12

1. Quōs Paulus in triumphō ante currum dūxit? ...
2. Cūr duo Paulī fīliī māiōrēs patris nōmen nōn ferēbant? ...
3. Cūr duo fīliī eius minōrēs in triumphō cum patre currū vectī nōn sunt? ...
4. Dē quibus rēbus Paulus post triumphum in cōntiōne ēdisseruit? ...
5. Quot diēbus Paulus sē bellum Macedonicum perfēcisse dīxit? ...
6. Quae rēs secundae victōriam Paulī secūtae sunt? ...
7. Quid Paulus in exercitū in Italiam trāiciendō timēbat? ...
8. Num Paulus tantum dē pūblicā fēlīcitāte locūtus est? ...
9. Quid populō nārrāvit dē prīvātā suā fortūnā? ...
10. Num pater miserābiliter orbitātem suam dēflēvit? ...
11. Quōmodo sē cōnsōlātus est in tantā clāde domūs suae? ...
12. Cūr Horātius Latium 'agreste' vocat? ...

Lēctiō grammatica: versūs 681–694

Exercitium 13

	Ōrātiō rēcta ("...")	Ōrātiō oblīqua ('...')
	Exemplum Sabīnī: "Quid ā nōbīs postulās?" Tarpēia: "Postulō id quod in sinistrīs manibus habētis."	Sabīnī ā Tarpēiā quaesīvērunt 'quid ā sē postulāret?' Tarpēia respondit 'sē postulāre id quod in sinistrīs manibus habērent.'
1.	Aemilia: "Cūr Iūlia plōrat?"	Aemilia quaerit 'cūr Iūlia plōr____?'
2.	Quīntus: "Iūlia plōrat, quia Marcus eam pulsāvit."	Quīntus respondet 'Iūli____ plōr____, quia Mārcus eam pulsāv____."
3.	Iūlius: "Puer quī puellam pulsat improbus est."	Iūlius dīcit 'puer____ quī puellam puls____ improb____ es____.'
4.	Trōiānī: "Lāocoōn poenam meruit quod hastā scelerātā sacrum rōbur laesit."	Trōiānī 'Lāocoont____ poenam meru____' dīcēbant, 'quod hastā scelerātā sacrum rōbur laes____.'
5.	Poenī "Aenēās Trōiā vēnit" inquiunt, "cum quō virō pulchra Dīdō concubuit!"	Fāma nārrābat 'Aenē____ Trōiā vēn______, cum quō virō pulchra Dīdō concubu______.'
6.	Tullus: "Quid petentēs vēnistis?" Albānī "Invītī" inquiunt "aliquid quod tibi displicet dīcēmus: rēs repetītum vēnimus."	Tullus ab Albānīs quaerit 'quid petentēs vēn____?' Iī dīcunt '____ invīt____ aliquid quod Tullō displice____ dict____ ____: rēs repetītum ____ vēn____.'
7.	Horātius pater: "Fīlia mea iūre caesa est. Nē mē, quem paulō ante cum ēgregiā stirpe cōnspexistis, orbum līberīs fēceritis!"	H. prōclāmāvit 'fīli____ ____ iūre caes____ ____!' Ōrābat 'nē ____, quem paulō ante cum ēgregiā stirpe cōnspex______, orbum līberīs fac______!'
8.	Cn. Octāvius: "Rēgiī puerī Macedonēsque aliī quī Samothrācae sunt, sī trānsierint ad Rōmānōs, incolumitātem lībertātemque et sua omnia servābunt quae aut sēcum habent aut in Macedoniā relīquērunt."	Prōnūntiātum est 'rēgi____ puer____ Macedonasque ali____ quī Samothrācae ________, sī trāns________ ad Rōmānōs, incolumitātem lībertātemque et sua omnia servāt______ quae aut sēcum hab________ aut in Macedoniā relīqu________.'
9.	Hannibal: "Omnēs in ūnam Eumenis rēgis concurrite nāvem! quem sī cēperitis aut interfēceritis, magnō vōbīs praemiō erit."	H. iīs praecēpit 'omnēs ut in Eumenis rēgis concurr______ nāvem; quem sī cēp______ aut interfēc______, magnō ______ praemiō ______.'
10.	Prūsiās: "Nōlīte id ā mē fierī postulāre quod adversus iūs hospitiī est!"	Prūsiās recūsāvit 'nē id ā ______ fierī postul______ quod adversus iūs hospitiī ______.'
11.	Paulus: "Et convīvium īnstruere et lūdōs parāre eiusdem est quī vincere bellō scit."	Vulgō dictum ipsīus ferēbant 'et convīvium īnstruere et lūdōs parāre eiusdem ______ quī vincere bellō sc______.'
12.	Paulus: "Quod bellum per quadriennium quattuor ante mē cōnsulēs gessērunt, id ego quīndecim diēbus perfēcī!"	Paulus dīxit 'quod bellum per quadriennium quattuor ante ______ cōnsulēs gess______, id ______ quīndecim diēbus perfēc______!'

Lēctiō grammatica

Ōrātiō rēcta ("...")
nōm + ind
quī quae quod, quia, sī, etsī *+ind*

Ōrātiō oblīqua ('...')
acc + inf
quī quae quod, quia, sī, etsī + coni.

Exercitium 14

1. dēlitēscere, dē_______isse
2. dirimere, dir_______isse, dir_______um esse
3. īnsīdere, īn_______isse, īn_______um esse
4. pendere, _________isse, _______um esse
5. pergere, _________isse
6. porrigere, por_______isse, por_______um esse
7. querī, _______um esse
8. subigere, sub_______isse, sub_______um esse
9. trānsferre, trāns_______isse, trāns_______/___________ esse
10. vīsere, _______isse

Cap. LI

Lēctiō I

aedīlitās
arbiter
circuitus
coīre
compellere
dēcrētum
dēprehendere
dētegere
dīlēctus
ērudītus
ēvincere
explicāre
fingere
irritus
nervus
obstruere
paelex
perrogāre
perstāre
prōsequī
Pseudo-
remōtus
revincere
senecta
sors
struere
suffrāgārī
vigēre
vituperāre

CAPITVLVM VNVM ET QVINQVAGESIMVM

Lēctiō prīma: versūs 1–118

Exercitium 1

1. Rōmam nūntiātum est 'Carthāgine bellum ___________ [= parārī], cum ___________ agerentur [= mīlitēs cōnscrīberentur] et classis comparārētur.'
2. Lēgātī Carthāginem missī renūntiāvērunt 'sē exercitum et classem Carthāgine _______________ [= invēnisse].'
3. In senātū cum sententiae _______________, Catō·Carthāginem dēlendam esse cēnsuit, Nāsīca dissuāsit; tamen senātus dēcrēvit ut Carthāginiēnsibus bellum indīcerētur.
4. Etsī Carthāginiēnsēs lēgātōs mīsit ut sē dēderent, Catōnis sententia ___________ [= persuāsit] ut senātus in ___________ [< dēcerenere] ___________ [= persevērāret].
5. Obsidibus et armīs acceptīs, cōnsulēs imperāvērunt ut novum oppidum x mīlia passuum ā marī ___________ [= distāns] conderent.
6. Ita Carthāginiēnsēs ad bellandum _______________ [= coēgērunt].
7. Prīmō ___________ [= vāna] fuit oppugnātiō Carthāginis, sed Rōmānī repulsī ac fugātī ā P. Scīpiōne Aemiliānō ē perīculō _______________ [= līberātī] sunt.
8. Catō, aliter prōmptus ad _______________ [↔laudandum], Scīpiōnem laudibus _______________ est dīcēns 'reliquōs quī in Āfricā mīlitārent umbrās volitāre, Scīpiōnem _______________ [= valēre].'
9. Andriscus sīve _____________-Philippus fābulam _____________ 'sē rēge Perseō et _____________ [= alterā uxōre] nātum esse.'
10. Multī ad eum _____________ [= conveniēbant], sed fraus _____________ [= patefacta] est et Macedonia _____________ [= rūrsus victa].
11. Rēgnum Masinissae _____________ Scīpiōne dīvīsum est inter trēs fīliōs, quōrum minimus Graecīs litterīs _____________ [= doctus] erat.
12. Plēbs Scīpiōnī ita _____________ [= suffrāgiō favēbat] ut, cum _____________ [< aedīlis] peteret, ante annum suum cōnsul creātus sit.
13. Scīpiō, cui extrā _____________ Āfrica prōvincia data erat, portum Carthāginis _____________ [= clausit], ac tandem Carthāginem expugnāvit DCC annō postquam condita est.
14. Carthāgō in _____________ [< circuīre] XXIII mīlia passuum patēbat.
15. _____________ [= senectūs] est aetās īnfirma neque senī tam validī sunt _____________ quam iuvenī.

Exercitium 2

1. Quid Gulussa Rōmam nūntiāvit? ...
2. Quid tum senātuī placuit? ...
3. Quid decem lēgātī ex Āfricā reversī renūntiāvērunt? ...
4. Catō quid senātuī suādēbat?
5. Quis in senātū bellum dissuādēbat? ...
6. Cūr senātuī placuit ut Carthāginiēnsibus bellum indīcerētur? ...
7. Quid Rōmānī Carthāginiēnsibus dēditīs imperāvērunt? ...
8. Num Carthāginiēnsēs imperiō Rōmānōrum oboedīvērunt? ...
9. In obsidiōne Carthāginis quis praecipuam glōriam tulit? ...
10. In senātū Rōmānō quis virtūtem Scīpiōnis laudāvit? ...
11. Quam fābulam fīnxit Andriscus? ...
12. Quōmodo Andriscus orīginem suam sibi dētēctam esse dīxit? ...
13. Masinissā mortuō quī rēgnum Numidiae inter sē dīvīsērunt? ...
14. Cūr necesse fuit Scīpiōnem lēgibus solvere ut cōnsul fieret? ...
15. Quis tandem Carthāginem expugnāvit? ...
16. Num uxor Hasdrubalis Scīpiōnī sē dēdidit?...

Lēctiō secunda: versūs 119–215

Lēctiō II

Exercitium 3

1. Achaeīs victīs L. Mummius cōs. Corinthon, urbem ________dīvitem, dīruit.
2. Ille ____________ [↔ cupidum] virum ēgit, neque enim ūllum opus Corinthium sibi sūmpsit.
3. In Hispāniā Viriāthus, ____________ [< vēnārī] quīdam et latrō, dux exercitūs factus Lūsītāniam occupāvit.
4. Senātus pācem quam Q. Pompēius cum Numantīnīs fēcit ____________ [= rem turpem] cēnsuit eamque ____________ [< īnfīrmus].
5. Viriāthus, cum ā ____________ [< prōdere] perfidīs interfectus esset, ab exercitū suō multum ____________ [= dēflētus] est.
6. Mīles quīdam quī exercitum in Hispāniā dēseruerat sub ____________ virgīs caesus est, id quod tīrōnibus exemplum fuit ____________ [= salūtāre].
7. C. Mancīnus contrā auspicia ad bellum profectus est, nam cum sacrificāret, pullī ex ____________ ēvolāvērunt, et cum nāvem cōnscenderet, vōx ____________ [= audīta est]: "Manē, Mancīne!"
8. Victus ā Numantīnīs pācem ____________ [= turpissimam] cum iīs fēcit, quam senātus ____________ [↔ irritam] esse vetuit.
9. Hōc ēventū illa auspicia trīstia fuisse ____________ est.
10. Scīpiō, cui iterum cōnsulātus ____________ dēlātus est, exercitum __________ [= luxū] corruptum ad sevērissimam __________ revocāvit.
11. ____________ [= fēminās impudīcās] ā mīlitibus ____________ [= sēiungī] iussit et omnia dēliciārum īnstrūmenta ____________ [= remōvit caedendō].
12. Mīlitēs māxima onera, sīcut ____________ [VII...] ____________ [= pālōs], ferre cōgēbat; mīlitī onere labōrantī dīcēbat: "Cum gladiō tē ____________ [< vāllus] scieris, vāllum ferre dēsinitō!"
13. Nē mīlitēs ____________ [= onere līberārentur], iūmenta vēndidit.
14. Scīpiō cum Numantiam obsidēret, saepe contrā ____________ [< ērumpere] hostium fēlīciter pugnāvit.
15. Numantīnī, cum frūstrā ____________ [= pābulum petītum] exiissent, dēnique fame coāctī ipsī sē per ____________ [= invicem] gladiīs trāiēcērunt.
16. Scīpiō prīmum Carthāginem, deinde, XIV annīs post, Numantiam cēpit et ____________ [= funditus dīruit].

abstinēns
accidere
cavea
complōrāre
dēlēre
disciplīnam
ēruptiō
exonerāre
furca
ignōminiōsus
īnfīrmāre
lābēs
luxuria
pābulārī
per vicem
prae(dīves)
probāre
prōditor
ratus
recīdere
salūber
scortum
sēcernere
septēnī
ultrō
vāllāre
vāllus
vēnātor

Exercitium 4

1. Cūr Rōmānī Achaeīs bellum intulērunt? ...
2. Quam urbem praeclāram L. Mummius cōnsul dīruit? ...
3. Quis fuit Viriāthus et quid fēcit? ...
4. Num Viriāthus ā Rōmānīs interfectus est? ...
5. Quārē C. Matiēnius damnātus est et virgīs caesus? ...
6. Quae auspicia C. Mancīnus neglēxit? ...
7. Cūr Mancīnus pācem ignōminiōsam fēcit cum Numantīnīs? ...
8. Num senātus illam pācem ratam esse iussit? ...
9. Cūr bellum Numantīnum Scīpiōnī Aemiliānō dēlātum est?...
10. Quōmodo Scīpiō exercitum ad mīlitiae disciplīnam revocāvit? ...
11. Quid Scīpiō quaestōrem dōnīs rēgis Antiochī facere iussit? ...
12. Cūr Scīpiō hostēs quī pābulātum exierant occīdī vetuit? ...
13. Quid ēgit Scīpiō XIV annō post Carthāginem dēlētam? ...

Lēctiō III

Lēctiō tertia: versūs 216–279

admiscēre
adversārī
agrārius
colōnia
ēloquēns
exārdēscere
fragmentem
frūmentārius
modus
offēnsa
optimātēs
ōrdō (equester)
pars
perniciōsus
prōmulgāre
quaestiō
rogātiō
sēditiōsus
sublegere
subsellium
tribūnātus
triēns
triumvirī
triumvirālis

Exercitium 5

1. Tib. Gracchus lēgēs __________ [< ager] tulit et __________ [III virōs] creāvit ad agrum pūblicum dīvidendum.
2. Hās lēgēs __________ [= tulit] adversus voluntātem senātūs et equestris __________ neque sine __________ [= indignātiōne] plēbis, quae amplum __________ agrī cupiēbat.
3. In tantum furōrem __________ ut collēgae M. Octāviō, quī causam dīversae __________ [= factiōnis] dēfenderet, potestātem abrogāret.
4. Tumultū in Capitōliō factō, Tib. Gracchus ab __________ [< optimus] occīsus est, ictus prīmum __________ [< frangere] __________ [= sellae humilis].
5. P. Scīpiō Āfricānus, cum novam __________ [= lēgem lātam] dissuādēret, dīxit 'Tib. Gracchum iūre caesum esse sibi vidērī.'
6. Cum Scīpiō sēditiōnibus __________ [< triumvirī] __________ [< adversus] esset, māne mortuus in lectō inventus est.
7. Fāma erat Semprōniam uxōrem, sorōrem Gracchōrum, eī venēnum dedisse, nec verō ūlla __________ dē morte eius ācta est.
8. C. Gracchus, frāter Tiberiī, ōrātor __________ erat quam frāter.
9. Is lēgem __________ [< frūmentum] tulit 'ut frūmentum plēbī darētur sēnīs assibus et __________ [= $^{1}/_{3}$].'
10. Aliam lēgem tulit 'ut DC equitēs CCC senātōribus __________ [= adderentur miscendō], cum tot equitēs in Cūriam __________ [= legerentur supplendī causā].
11. Senātōribus hae lēgēs __________ [< perniciēs] vidēbantur.
12. C. Gracchus __________ [< tribūnus] suum in alterum annum continuāvit et complūrēs __________ [< colōnus] dēdūxit.
13. Post tribūnātum __________ [< sēditiō] C. Gracchus cum Fulviō Flaccō ā L. Opīmiō cōnsule occīsus est.

Exercitium 6

1. Quās lēgēs Tib. Gracchus tribūnus plēbis prōmulgāvit? ...
2. Quid fēcit M. Octāviō collēgae cum lēgī adversārētur? ...
3. Quī triumvirī ad dīvidendum agrum pūblicum creātī sunt? ...
4. Quem rēx Attalus hērēdem relīquerat? ...
5. Quid factum est cum Ti. Gracchus iterum tribūnus creārī vellet? ...
6. Quid dīxit P. Scīpiō Āfricānus dē caede Ti. Gracchī? ...

7. Ā quibus novae sēditiōnēs excitātae sunt? ...
8. Quis triumvirīs sēditiōsīs adversātus est? ...
9. Quōmodo mortuus est P. Scīpiō Āfricānus? ...
10. Cūr suspecta fuit uxor eius Semprōnia? ...
11. Quās lēgēs tulit C. Gracchus? ...
12. Illō tempore quot senātōrēs erant? ...
13. Alterō tribūnātūs annō quid C. Gracchus effēcit? ...
14. Quid C. Gracchō factum est cum Aventīnum occupāsset? ...
15. Quid Līvius cēnset dē cōnsiliīs Gracchōrum? ...

Lēctiō quārta: versūs 280–326

Lēctiō IV

Exercitium 7

1. Ante Carthāginem dēlētam populus Rōmanus vītam placidam ac ____________ [< modus] ____________ [= agēbat].
2. ____________ [= terror] hostium cīvēs in bonīs ____________ [= mōribus] retinēbat.
3. Victīs hostibus, ob ____________ [= nimiam cōpiam] omnium rērum ____________ [= licentia] atque superbia incessērunt.
4. Glōriae et ____________ [< dominārī] certāmen inter cīvēs erat, omnia in duās partēs ____________ [= distracta] sunt, rēs pūblica ____________ [= lacerandō distracta].
5. ____________ [= cīvēs nōbilēs] factiōne magis ____________ [= valēbat], penes eōsdem magistrātūs, glōriae triumphīque erant.
6. Plēbs, quae in multitūdine ____________ [= passim sparsa] minus poterat, ____________ [= molestā] mīlitiā atque inopiā urgēbātur.
7. Praedās ____________ [< bellum] imperātōrēs cum paucīs ____________ [= rapiēbant].
8. Parentēs et līberī mīlitum, sī ____________ [= fīnitimī] erant cīvī potentiōrī, sēdibus pellēbantur.
9. Avāritia sine ____________ [< modestus] omnia invādere et ____________ [= sordida facere] coepit.
10. At paucī nōbilēs repertī sunt quī vēram glōriam iniūstae potentiae ____________ [= praeferrent].
11. Postquam Ti. et C. Gracchus plēbem in lībertātem ____________ [= līberāre] et optimātium scelera patefacere coepērunt, nōbilitās ____________ [↔ īnsōns] ac pavida eōrum ____________ [< agere] obviam iērunt.
12. Ita ____________ [= discordia] cīvīlis quasi ____________ [< permiscēre] terrae orta est, et prīmum necātus est Tiberius, deinde Gāius cum M. Fulviō Flaccō.
13. Nōbilitās victōriā suā ūsa haud ____________ [< modus] fuit.
14. In bellō cīvīlī alterī alterōs ____________ [= quōlibet] modō vincere vult, id quod saepe magnās cīvitātēs ____________ dedit [= perdidit].

abstrahere
abundantia
āctiō
agitāre
antepōnere
artēs
asper
bellicus
cōnfīnis
dīlacerāre
dīripere
dispergere
dissēnsiō
domīnātiō
formīdō
lascīvia
moderātus
modestia
modestus
nōbilitās
noxius
permixtiō
pessum (dare)
pollēre
polluere
quīvīs
vindicāre

Exercitium 8

1. Quamobrem mōs factiōnum ac dissēnsiō cīvīlis Rōmae orta est? ...
2. Quōmodo populus Rōmānus ante Carthāginem dēlētam vīvēbat? ...
3. Cūr tunc domīnātiōnis certāmen inter cīvēs nōn erat? ...
4. Hostibus victīs, quōmodo cīvēs sē gerēbant? ...
5. Utra pars cīvitātis magis pollēbat? ...
6. Quibus rēbus plēbs urgēbātur? ...
7. Cūr praedae bellicae populum nōn dītābant? ...
8. Quid factum est iīs quī potentiōribus cōnfīnēs erant? ...

9. Cum potentiā quid animōs nōbilium invāsit? ...
10. Quī nōbilēs plēbem in lībertātem vindicāre cōnātī sunt? ...
11. Quī Gracchōrum āctiōnibus obviam iērunt? ...
12. Quid nōbilitās victōriā suā effēcit? ...

Lēctiō grammatica

Lēctiō grammatica: versūs 327–383

Exercitium 9

Facienda sunt verba composita ex verbīs simplicibus praepositīs praeverbiīs ad-, con-, dē-, dis-, ex-, in-, ob-, per-, prō-, re-, sub-.

1. ad- + currere > ____________
2. ad- + iacere > ____________
3. ad- + ligāre > ____________
4. ad- + quaerere > ____________
5. ad- + spargere > ____________
6. ad- + tangere > ____________
7. con- + agere > ____________
8. con- + lābī > ____________
9. con- + premere > ____________
10. con- + rapere > ____________
11. con- + regere > ____________
12. dē- + legere > ____________
13. dē- + scandere > ____________
14. dis- + fīdere > ____________
15. dis- + gradī > ____________
16. dis- + placēre > ____________
17. ex- + carpere > ____________
18. ex- + fundere > ____________
19. in- + lūdere > ____________
20. in- + pellere > ____________
21. in- + statuere > ____________
22. ob- + cadere > ____________
23. ob- + ferre > ____________
24. ob- + premere > ____________
25. per- + facere > ____________
26. per- + regere > ____________
27. prō- + salīre > ____________
28. prō- + emere > ____________
29. re- + agere > ____________
30. sub- + capere > ____________
31. sub- + cēdere > ____________
32. trāns- + dare > ____________

Exercitium 10

1. dispergere, di________isse, di________um esse
2. exārdēscere, ex________isse
3. explicāre, ex________isse, ex________um esse
4. fingere, ________isse, ________um esse
5. obstruere, ob________isse, ob________um esse
6. polluere, ________isse, ________um esse
7. recīdere, re________isse, re________um esse

CAPITVLVLVM ALTERVM ET QVINQVAGESIMVM

Lēctiō prīma: versūs 1–123

Exercitium 1

1. Sallustius bellum Iugurthīnum ______________ [= explānāre] voluit prīmum quia magnum fuit bellum, ______________ [= deinde] quia tunc prīmum superbiae nōbilitātis obviam itum est.
2. Bellō Pūnicō secundō Hannibal imperium Rōmānum māximē ______________ [= dēbilitāverat].
3. In Āfricā Masinissa, rēx Numidārum, Rōmānōs adiūverat; itaque amīcitia eī cum Rōmānīs ______________ [= diū mānsit].
4. Micipsa, fīlius Masinissae, duōs fīliōs genuit, et Iugurtham, frātris fīlium ex ______________ [= paelice] nātum, domī habuit.
5. Iugurtha, quem avus prīvātum ______________ [= relīquerat], adulēscēns ______________ [= pulchrā] fōrmā atque ācrī ingeniō erat.
6. Ille, vīribus ______________ [= potēns], ______________ [= vītam ōtiōsam] spernēns plūrimum agēbat: currēbat, ______________ [< eques], ______________ [< iaculum], vēnābātur.
7. Propter rēs huius ______________ [= generis] omnēs glōriā ______________ [= antecēdēbat], sed tamen omnibus cārus erat.
8. Micipsa, ______________ [= etsī] prīmō virtūte et glōriā Iugurthae laetus fuerat, tamen cum eum prae līberīs suīs crēscere vidēret, eō ______________ [= eā rē] ______________ [= ācriter] permōtus est.
9. Timēbat nātūram Iugurthae ______________ [= cupidissimam] imperiī, sed difficile erat hominem tam acceptum populō dolō opprimere.
10. Ob hanc ______________ [< difficilis] statuit eum māximīs perīculīs ______________ [= obicere].
11. Ergō, quoniam Iugurtha glōriam mīlitārem ______________ [= cupidē petēbat], Micipsa eum ad bellum Numantīnum mīsit.
12. Ibi Iugurtha ēgregiā virtūte in māximam ______________ [< clārus] et ______________ [< grātus] pervēnit.
13. In exercitū Rōmānō complūrēs nōbilēs fuērunt, domī ______________ [< factiō] atque clārī magis quam honestī.
14. Quī Iugurthae ______________ [= pollicēbantur] 'eum imperiō Numidiae potītūrum esse, quoniam Rōmae omnia ______________ essent [= vēnīrent].'
15. Numantiā dēlētā, Scīpiō Iugurtham abdūxit ac ______________ [= sine testibus] monuit 'ut pūblicē amīcitiam populī Rōmānī coleret nēve quibus largīrī ______________ [= adsuēsceret].'
16. Litterīs ā Scīpiōne acceptīs, quibus virtūs Iugurthae laudābātur, rēx beneficiīs eum sibi conciliāre ______________ est [= coepit] eumque adoptāvit et ______________ cum fīliīs hērēdem īnstituit.
17. Rēx senex, ______________ [= perāctā] suā aetāte, Iugurtham, quī ______________ [= nūper] Numantiā redierat, ______________ est [= dīs testibus ōrāvit] ut frātrēs ______________ habēret [= dīligeret].
18. "______________ ego" inquit "vōbīs rēgnum trādō firmum, sī bonī eritis, sīn malī, ______________ [= īnfīrmum]; nam concordiā parvae rēs crēscunt, discordiā māximae ______________ [= in dīversās partēs lābuntur]."
19. Postrēmō fīliōs monuit 'ut Iugurtham colerent et ______________, virtūtem imitārentur et ______________ [= valdē nīterentur] nē pater suus meliōrēs līberōs adoptāvisse vidērētur quam genuisse!'

Cap. LII

Lēctiō I

aggredī
agitāre (animō)
anteīre
appetere
atterere
avidus
cārum (habēre)
clāritūdō
concubīna
decōrus
dehinc
dērelinquere
difficultās
dīlābī
ēnītī
equidem
equitāre
exigere
expedīre
factiōsus
ficta
grātia
iaculārī
imbēcillus
inertia
īnsuēscere
mediocris
(huius) modī
negōtium
novissimē
obiectāre
observāre
obtestārī
pariter
permanēre
pollēns
pollicitārī
-que ... -que
quīre
sapientia
sēcrētō
tametsī
vehementer
vēnālis

20. Iugurtha, quī __________ [< sapiēns] superior erat, rēgem __________ [< fingere] locūtum esse intellegēbat, sed tum benignē respondit, tametsī longē aliter animō __________ [= cōgitābat].
21. Quī litterās nescit, legere nequit; quī litterās scit, legere __________ [= potest], sī haud __________ [= modicō] ingeniō est.

in-cubāre lectō (*dat*) = cubāre in lectō

22. Dīdō sōla in domō vacuā maeret lectōque Aenēae relictō *incubat, illum absēns absentem audit______ videt______.*

Exercitium 2

1. Cūr Masinissa in amīcitiā populī Rōmānī erat? ...
2. Quot fīliī Masinissae erant? ...
3. Cūr Micipsa sōlus ex tribus frātribus rēgnum accēpit? ...
4. Quōs fīliōs Micipsa genuit? ...
5. Cuius fīlius erat Iugurtha? ...
6. Quōmodo Iugurtha adulēscēns vītam agēbat? ...
7. Quid Micipsa timēbat, cum Iugurtha omnēs glōriā anteīret? ...
8. Cūr rēx Iugurtham in Hispāniam ad bellum Numantīnum mīsit? ...
9. Quid Iugurtha in Hispāniā effēcit? ...
10. Quid Rōmānī nōbilēs factiōsī Iugurthae pollicitābantur? ...
11. Quid P. Scīpiō Iugurtham monuit? ...
12. Quālēs litterās Scīpiō Micipsae scrīpsit? ...
13. Litterīs dē virtūte Iugurthae lēctīs, quid fēcit Micipsa? ...
14. Quid rēx moritūrus Iugurtham obtestātus est? ...
15. Quid Adherbalem et Hiempsalem admonuit? ...
16. Quōmodo Iugurtha ad haec respondit? ...

Lēctiō II

Lēctiō secunda: versūs 124–241

Exercitium 3

abditus
accūrātē
acquīrere
adoptātiō
aldulterīnus
anteferre
commodum
commūtātiō
contendere (*bis*)
dēprāvāre
disceptāre
distribuere
dīvulgāre
extollere
flāgitium
frētus
iūsta
largītiō
mōlīrī
occursāre
patrāre
quīnquennium
quīs (*dat pl*)

1. __________ [= rēgis fīliī] rēgī mortuō __________ [= fūnus] magnificē fēcērunt.
2. Posteā convēnērunt ut dē administrandō rēgnō __________ [= dissererent].
3. Ibi Iugurtha “Oportet” inquit “__________ [= quīnque annōrum] dēcrēta omnia __________ [= irrita fierī].”
4. Ad hoc Hiempsal “Idem” inquit ”mihi vidētur, “nam tū ipse tribus proximīs annīs __________ [< adoptāre] in rēgnum vēnistī!”
5. Ex eō tempore Iugurtha __________ [= labōrābat] ut Hiempsalem opprimeret.
6. Cum rēgulī ad pecūniam inter sē __________ [= dīvidendam] convēnissent, mīlitēs Iugurthae, parātīs clāvibus __________ [= falsīs], in Hiempsalis hospitium irrūpērunt.
7. Interfectīs iīs quī __________ [= occurrunt], loca __________ [= occulta] __________ [= explōrant], atque Hiempsalem in __________ [= casā] ancillae repertum occīdunt.
8. Fāma tantī sceleris lātē __________ [dis- < vulgus].
9. Adherbal, quī timēbat nē Iugurtha sē oppugnāret, __________ [= fīdēns] cōpiīs suīs parābat armīs __________ [= certāre].
10. Adherbal victus in Prōvinciam profūgit atque inde Rōmam __________ [= properāvit].
11. Iugurtha lēgātōs Rōmam mittit, __________ [= quibus] praecipit ut veteribus amīcīs mūnera largiantur et novōs amīcōs __________.

12. Hāc ______________ [= largīrī] Iugurtha tantam ______________ [= mūtātiōnem] in senātū ______________ [= perfēcit], ut ex māximā invidiā in grātiam nōbilitātis venīret.
13. Adherbal senātōrēs ōrāvit ut sibi ______________ [= opem ferrent] neu paterentur rēgnum Numidiae ______________ [↔ convalēscere]
14. Lēgātī Iugurthae paucīs respondent: 'Hiempsalem ob saevitiam et ______________ [= facta indigna] sua interfectum, Iugurtham petere nē verba inimīcī factīs suīs ______________ [= praeferrent].'
15. Hīs audītīs, senātūs magna pars, largītiōne ______________ [= corrupta], Iugurtham laudibus ______________ [= valdē laudābat].
16. Decem lēgātī in Āfricam missī sunt, quōrum prīnceps L. Opīmius ā Iugurthā ______________ [= māximā cum cūrā] receptus est.
17. Iugurtha dandō et pollicendō multa perfēcit, ut plērīque lēgātī ______________ rēgis [= quod rēgī prōderat] sequerentur.

rēgulus
rescindere
scrūtārī
subvenīre
tābēscere
tugurium

Exercitium 4

1. Postquam rēgī mortuō iūsta fēcērunt, quid rēgulī ēgērunt? ...
2. Dē quibus negōtiīs disceptātum est in prīmō conventū? ...
3. Quid Iugurtha dīxit dē quīnquenniī dēcrētīs? ...
4. Quārē Hiempsal dē hāc rē cum Iugurthā cōnsēnsit? ...
5. Quid secundō conventū cōnstituendum erat? ...
6. In oppidō Thirmidā cuius domō ūtēbātur Hiempsal? ...
7. Quōmodo mīlitēs Iugurthae in eam domum penetrāre potuērunt? ...
8. Ubi Hiempsalem repperērunt et quid eī fēcērunt? ...
9. Num Adherbal mortem frātris ultus est? ...
10. Quō Adherbal proeliō victus profūgit? ...
11. Quōmodo Iugurtha īram senātūs Rōmānī in grātiam convertit? ...
12. Dē quibus rēbus Adherbal senātōrēs Rōmānōs admonuit? ...
13. Quid Adherbal Rōmānōs ōrāvit? ...
14. Quid lēgātī Iugurthae respondērunt? ...
15. Omnēsne senātōrēs Adherbalī subveniendum esse cēnsēbant? ...
16. Quid tum senātus dēcrēvit? ...
17. Quōmodo Iugurtha lēgātōs recēpit? ...

Lēctiō tertia: versūs 242–354

Lēctiō III

Exercitium 5

1. ______________ [< dīvidere] Numidiae ita facta est ut pars proxima Maurētāniae Iugurthae trāderētur, Adherbalī pars altera, quae ______________ [= portibus magis ōrnāta] erat.
2. Rēgnō dīvīsō, Iugurtha incitātus ______________ [< pollicitārī] Rōmānōrum quōs mūneribus explēverat, in rēgnum Adherbalis animum ______________.
3. Ergō ex ______________ [= subitō] fīnēs eius cum ______________ [< praedārī] manū invāsit, multōs cēpit, aedificia incendit...
4. Adherbal lēgātōs ad Iugurtham mīsit, quī ______________ [< contumēlia] dicta rettulērunt.
5. Iugurtha, ______________ quī [= quoniam] rēgnum Adherbalis animō iam invāserat, magnō exercitū bellum intulit.
6. Adherbal ______________ [*adv* < necessārius] Iugurthae obvius prōcessit, sed hostēs nocte sērā castra eius invāsērunt et mīlitēs ______________ [= nec vigilantēs nec dormientēs] fugāvit.

adulēscentia
adulēscentia
cōnfīrmāre
contumēliōsus
cōpia
dēfēnsāre
dīvīsiō
honōrēs
(ex) imprōvīsō
inceptum
īnsequī
intendere
malitia
mātūrāre

necessāriō
negōtiātor
ōcissimē
pacīscī
pēnūria
pollicitātiō
portuōsus
praedātōrius
quippe (quī)
sēmisomnus

7. Numidae Adherbalem cum paucīs equitibus fugientem Cirtam ______________ [= persecūtī] sunt, sed Rōmānī armātī hostēs ā moenibus prohibuērunt.
8. Dum Cirta oppugnātur, lēgātī Rōmā ______________ [= properantēs] vēnērunt quī dē ______________ [< malus] Iugurthae quererentur.
9. Iugurtha lēgātīs superbē respondit 'ab ______________ [< adulēscēns] ita sē ēnīsum esse ut ab optimō quōque probārētur...'
10. Lēgātīs Adherbalem appellandī ______________ [= occāsiō] nōn fuit.
11. Adherbal intellēxit nūllam esse spem auxiliī neque bellum trahī posse ob ______________ [= inopiam] rērum necessāriārum.
12. Itaque duōs fortissimōs dēlēgit eōrumque animōs ______________ [= fīrmāvit] ut per hostium mūnītiōnēs cum litterīs Rōmam īrent.
13. Litterīs Adherbalis in senātū recitātīs, dēcrētum est ut lēgātī nōbilēs summīs ______________ [= magistrātibus] fūnctī mitterentur, quī Iugurthae imperārent 'ut quam ______________ [= celerrimē] ad prōvinciam accēderet.'
14. Ille vērō, etsī senātūs verbīs gravēs minae eī nūntiābantur, tamen ab ______________ [< incipere] suō nōn dēstitit.
15. Tum Italicī, quī moenia Cirtae ______________ [= dēfendēbant], Adherbalī suāsērunt 'ut sē et oppidum Iugurthae dēderet, tantum ab eō vītam ______________ [= condiciōnem ferret].'
16. Dēditiōne factā, in prīmīs Adherbal, tum omnēs pūberēs Numidae et ______________ [= mercātōrēs] Italicī armātī interfectī sunt.

Exercitium 6

1. Quōmodo Numidia inter Adherbalem et Iugurtham dīvīsa est? ...
2. Dīvīsō rēgnō, quid Iugurtha parābat? ...
3. Statimne rēgnum Adherbalis magnō exercitū invāsit? ...
4. Cūr Adherbal incursiōnem Iugurthae nōn vindicāvit? ...
5. Quōmodo Iugurtha Adherbalem ad bellum coēgit? ...
6. Quid accidit cum castra Adherbalis ante lūcem oppugnāta sunt? ...
7. Quō Adherbal profūgit? ...
8. Cūr mīlitēs persequentēs Cirtam intrāre nōn potuērunt? ...
9. Quid Iugurtha lēgātīs Rōmānīs adulēscentibus respondit? ...
10. Quid fēcit cum Cirtam armīs expugnāre nōn posset? ...
11. Quibus Adherbal persuāsit ut litterās Rōmam ferrent? ...
12. Litterīs Aderbalis recitātīs quid senātus dēcrēvit? ...
13. Quid lēgātī māiōrēs nātū nōbilēs Iugurthae imperāvērunt? ...
14. Lēgātīs audītīs num Iugurtha ab oppugnātiōne Cirtae dēstitit? ...
15. Quid Italicī quī moenia dēfēnsābant Adherbalī suāsērunt? ...
16. Quam ob rem sē inviolātōs fore cōnfīdēbant? ...
17. Dēditiōne factā, quid fēcit Iugurtha? ...

Lēctiō IV

Lēctiō quārta: versūs 355–483

administer
adventāre
arrogāre
artifex
asper
assūmere
augēscere

Exercitium 7

1. Numidia prōvincia futūrō cōnsulī L. Calpurniō Bēstiae sortibus ______________[= ēvēnit], quī exercitum in Āfricam ductūrus erat.
2. Iugurtha fīlium et duōs ______________ [= amīcōs] Rōmam mīsit; quī cum Rōmam ______________ [< advenīre], ā senātū ex Italiā dēcēdere iussī ______________ [= nōn perfectīs] rēbus revertērunt.
3. Calpurnius initiō ācriter bellum gessit, sed pecūniā Iugurthae corruptus bellum trahere coepit et pācem cum eō fēcit ______________ [= turpem].

4. Pecūniā dandā Iugurtha Scaurum, quī anteā eum _______________ [= oppugnāverat], sibi _______________ [= ministrum] _______________ [= sūmpsit].
5. L. Cassius praetor Iugurtham, datā _______________ pūblicā, Rōmam dūxit, ut _______________ faceret [= indicāret] dē Rōmānīs noxiīs.
6. Sed Iugurtha C. Baebiō tribūnō plēbis _______________ [= māximā] mercēde persuāsit, ut sē tacēre iubēret, nē dēlicta Rōmānōrum nōbilium _______________ [= aperīrentur].
7. Ita ob _______________ [< impudēns] Baebiī populus _______________ habitus est, Bēstiae et Scaurō animī _______________ [= crēscēbant].
8. Cum Massīva rēgnum Numidiae peteret, Iugurtha per Bomilcarem _______________ [< īnsidiārī] parāvit, quī eum interficerent.
9. Iī, tālis negōtiī _______________ [< ars], itinera et _______________ [< ēgredī] eius, loca ac tempora, explōrāvērunt, sed ūnus ex iīs _______________ [= temere] eum aggressus est.
10. Massīvam necāvit, sed ipse dēprehēnsus cum indicium fēcisset, Bomilcar _______________ factus est [= accūsātus est].
11. Iugurtha vērō Bomilcarem clam in Numidiam dīmittit, ipse Rōmā ēgressus "Ō, urbem vēnālem" inquit "et _______________ [= mox] peritūram, sī _______________ [< emere] invēnerit!"
12. Q. Caecilius Metellus duōbus proeliīs Iugurtham fūdit; tum rēx dēditiōnem _______________ [= cōgitābat], sed animum mūtāvit.
13. Rūrsus ā Metellō fugātus, Iugurtha per loca _______________ [= difficilia] pervēnit ad Gaetūlōs, quōs contrā Rōmānōs armāvit.
14. Rōmae cōnsul creātus est C. Marius, quī homō _______________ erat, id est homō quī prīmus ē gente ignōbilī summum magistrātum obtinet.
15. Is ōrātiōnem ad populum habuit dē _______________ [↔ fortitūdine] et _______________ [= inertiā] eōrum quī fortia facta māiōrum memorandō clāriōrēs sē putant.
16. "_______________ [= mea ipsīus] facta" inquit "mihi dīcere licet. Nunc vidēte quam _______________ [= iniūstī] sint: quod ex aliēnā virtūte sibi _______________ [= postulant], id mihi ex meā nōn concēdunt, scīlicet quia _______________ nōn habeō."

ēgressus
ēmptor
familiāris (*bis*)
fidēs (pūblica)
flāgitiōsus
ignāvia
imāginēs
impudentia
impugnāre
incōnsultus
indicium
īnfectus
inīquus
īnsidiātor
lūdibriō (habēre)
meamet
mātūrē
meditārī
novus (homō)
obvenīre
patefierī
permagnus
reus
socordia

Exercitium 8

1. Quōs Iugurtha lēgātōs Rōmam mīsit cum bellum parārī audīret? ...
2. Num iī legātī ā senātū receptī sunt? ...
3. Quis tum Numidiam cum exercitū ingressus est? ...
4. Cūr Calpurnius pācem flāgitiōsam fēcit cum Iugurthā? ...
5. Quārē Cassius praetor Iugurtham Rōmam arcessīvit? ...
6. Quid C. Memmius, prōductō Iugurthā, in cōntiōne memorāvit? ...
7. Cūr Iugurtha ad haec nōn respondit? ...
8. Quis fuit Massīva et quid petīvit? ...
9. Quōmodo Iugurtha Massīvam occīdendum cūrāvit? ...
10. Quid Iugurtha dēcēdēns dīxisse fertur dē urbe Rōmā? ...
11. Quid Q. Caecilius Metellus in Numidiā ēgit? ...
12. Quem rēgem Iugurtha socium suum fēcit? ...
13. Cūr nōbilitās aegrē tulit C. Mariō bellum mandātum esse? ...
14. Cūr C. Marius 'novus homō' appellābātur? ...
15. Cōntiōne advocātā, quōs Marius obtrectāvit? ...
16. Quōmodo Marius sē bellī artem didicisse dīxit? ...

Lēctiō V

abundē
ācta
adnītī
artificium
asperitās
capite cēnsī
cicātrīx
compositus
cōnsultor
decima pars
dōna (mīlitāria)
egēns
(parvī) facere
facilis (amīcitiā)
fācundus
gēns
illicere
imperītia
imprōvīsus
incultus
iūxtā
largītor
latrōcinium
phalerae
praeceptum
sarcinae
sciēns
strepere
sustentāre
tumulōsus
tūtārī
vexillum

Lēctiō quīnta: versūs 484–617

Exercitium 9

1. Marius nōn triumphōs māiōrum ostentāre poterat, at mīlitāria ____________, ut hastās, ____________, ____________ [= ōrnāmenta bellica], atque ____________ [= vetera vulnera] adversō corpore.
2. Ille ____________ [= artem] et verba ____________ parvī ____________ [= aestimābat] nec ____________ [< agere] māiōrum aut Graecōrum mīlitaria ____________ [< praecipere] legēbat.
3. Marius: "Dē Numidiā bonum habēte animum, Quirītēs! Nam quae ad hoc tempus Iugurtham ____________ sunt [< tuērī] omnia remōvistis: avāritiam, ____________ [< im-perītus] atque superbiam."
4. "Deinde exercitus ibi est locōrum ____________ [= quī loca scit]. Quam ob rem ____________ [= ēnītiminī] mēcum! Egomet in proeliō ____________ [< cōnsulere] īdem et socius perīculī vōbīscum aderō, mēque vōsque in omnibus rēbus ____________ [= aequē] geram."
5. "Plūra dīcerem, Quirītēs, sī timidīs virtūtem verba adderent – nam strēnuīs ____________ [= plūs quam satis] dictum putō."
6. Marius mīlitēs cōnscrīpsit nōn ex classibus, sed ____________ ____________ [= prōlētāriōs] plērōsque.
7. Capsa oppidum et moenibus et locōrum ____________ [< asper] mūnītum erat, nam circā erant loca vāsta, ____________ [= quae nōn colēbantur] atque ____________ aquae [= quae aquā egēbant].
8. Marius tribus noctibus in locum ____________ [< tumulus] prope Capsam clam pervēnit, unde repente equitātum ad portās oppidī obsidendās mīsit; quod malum ____________ [= inexspectātum] oppidānōs, quōrum pars extrā moenia ierat, ad dēditiōnem coēgit.
9. Eō tempore Sulla quaestor in castra vēnit, vir ____________ patriciae nōbilis, litterīs ērudītus, ____________ [= ēloquēns], amīcitiā ____________ [= benignus], pecūniae ____________ [< largīrī].
10. Iugurtha vērō Bocchum, rēgem Maurētāniae, magnīs prōmissīs ____________ [= allēxit] ut cum exercitū Iugurtham accēderet.
11. Rēgēs exercitum Mariī, vix ____________ ____________ [= $^{1}/_{10}$] diēī reliquā, invāsērunt, priusquam mīlitēs ____________ colligere quīvērunt, ita ut pugna ____________ [< latrō] similis fieret.
12. Dēnique Rōmānī, orbe factō, vim hostium ____________ [= sustinēbant] ac Marius suōs subdūxit in collem, quī ā barbarīs exsultantibus et ____________ [> strepitus] circumdatus est.

Exercitium 10

1. Quid nōbilēs Rōmānī ostentāre solent? ...
2. Quibus rēbus virtūs Mariī dēclārābātur? ...
3. Cūr Marius litterās Graecās nōn didicerat? ...
4. Quid adhūc Iugurtham tūtātum esse dīxit? ...
5. Quid Marius mīlitibus suīs prōmīsit? ...
6. Quōs mīlitēs cōnscrīpsit Marius? ...
7. Post adventum Mariī quō Iugurtha et Bocchus abiērunt? ...
8. Quōmodo Metellus Rōmam reversus acceptus est? ...
9. Ubi Marius Iugurtham armīs exuit? ...
10. Cūr Marius oppidum Capsam expugnāre cupiēbat? ...
11. Quot noctēs adversus Capsam iter fēcit? ...
12. Num necesse fuit Capsam obsidēre? ...

13. Quālis homō fuit Sulla, Mariī quaestor? ...
14. Quōmodo Iugurtha Bocchum persuāsit ut cōpiās addūceret? ...
15. Quōmodo Rōmānī circumfūsī vim hostium sustinuērunt? ...
16. Quō Marius cōpiās suās ex proeliō dūxit? ...

Lēctiō sexta: versūs: 618–724

Lēctiō VI

Exercitium 11

1. ____________ [= fatīgātīs] hostibus, Rōmānī dē ____________ tubīs canere atque clāmāre coepērunt ac portīs ērūpērunt.
2. Hostēs, repentīnō ____________ [= sonō] excitātī, fūsī et fugātī sunt.
3. Exercitū Mariī in ____________ [= hībernīs] positō, Bocchus lēgātōs mīsit, quī ā Mariō indūtiās impetrāvērunt, sed frūstrā ā senātū Rōmānō amīcitiam et foedus petīvērunt.
4. ____________ [= quibus] rēbus cognitīs, Bocchus ā Mariō petīvit ut Sullam ad sē mitteret; quī cum ____________ [↔ impedītīs] equitibus et ____________ [< funda] Baleāribus missus est.
5. Bocchus fīlium suum cum equitātū Sullae ____________ [= ad praesidium] mīsit; is dīxit 'sē ā ____________ [< speculārī] cognōvisse Iugurtham prope esse.'
6. Sulla vērō negat 'sē Iugurtham ____________ [= expavēscere]' et cōpiās suās incolumēs trādūxit, cum Iugurtha ____________ [= incertus cūnctārētur].
7. Bocchus ____________ [< in locō] Sullae prōmīsit 'sē factūrum quae populus Rōmānus vellet, nec flūmen Muluccham ēgressūrum.'
8. Sulla respondit: "Faciendum tibi est aliquid quod Rōmānōrum magis quam tuā ____________ vidētur: id in ____________ [= facile] est, quia ____________ Iugurthae [= Iugurtham in tuā potestāte] habēs; quem sī Rōmānīs trādideris, amīcitia et foedus tibi dabitur."
9. Rēx prīmō ____________ [= negābat], tum vērō 'omnia sē ex voluntāte Sullae factūrum' prōmīsit.
10. Dum Bocchus Iugurthae sententiam dē pāce ____________ [= quaerit], Iugurtha eum rogāvit ut sibi Sullam trāderet!
11. Bocchus diū haesitābat, sed postrēmō Sullam ____________ [= arcessī] iussit et ex illīus sententiā Iugurthae īnsidiās tendit.
12. Dum Iugurtha cum ____________ [= propinquīs] suīs inermis Sullae obvius prōcēdit, ex īnsidiīs oppressus est ac Sullae trāditus.
13. Victō Iugurthā, spēs populī Rōmanī in Mariō ____________ erat.

accersere
cōpiam (habēre)
dēfessus
expedītus
exquīrere
funditor
haesitāre
hībernācula
īlicō
(dē) imprōvīsō
necessārius
negitāre
pertimēscere
praesidiō (mittere)
(in) prōmptū
quīs (*abl pl*)
rēferre
situs
sonitus
speculātor

Exercitium 12

1. Quō sonitū Maurī et Gaetūlī ante lūcem excitātī sunt? ...
2. Rōmānīsne portīs ērumpentibus restitērunt? ...
3. Ubi cōnsul victor exercitum in hībernīs composuit? ...
4. Quōs lēgātōs rēx Bocchus ad Marium ac deinde Rōmam mīsit? ...
5. Quid lēgātī Bocchī ā Rōmānīs petīvērunt? ...
6. Quem Marius cum praesidiō equitum ad Bocchum mīsit? ...
7. Quis Sullae in itinere obviam vēnit?...
8. Quid Bocchus Sullae prōmīsit? ...
9. Quid Sulla Bocchō faciendum esse respondit? ...
10. Quid Iugurtha ā Bocchō postulāvit? ...
11. Utrum Sullam Iugurthae an Sullae Iugurtham trādidit Bocchus? ...
12. Cūr Iugurtha ab īnsidiantibus sē dēfendere nōn potuit? ...
13. Quō diē Marius dē Iugurthā triumphāvit? ...
14. Eō tempore quō metū omnis Italia contremuit? ...

Lēctiō grammatica

Lēctiō grammatica: versūs 725–740

Exercitium 13

Addenda sunt verba ex nōminibus facta suffixīs -āre, -ārī, -īre, -īrī.

1. eques > ______
2. iaculum > ______
3. sitis > ______
4. blandus > ______
5. īnsidiae > ______
6. cūstōs > ______
7. ōrdō > ______
8. sors > ______
9. epulae > ______
10. pars > ______
11. sacer > ______
12. largus > ______
13. hīberna > ______
14. laetus > ______
15. pāx > ______
16. fīnis > ______
17. iūdex > ______
18. mollis > ______
19. laus > ______
20. nōmen > ______
21. ōsculum > ______
22. precēs > ______
23. servus > ______
24. comes > ______

Exercitium 14

1. accersere, ac______isse, ac______um esse
2. adipīscī, ad______um esse
3. atterere, at______isse, at______um esse
4. cōnfīdere, cōn______um esse
5. disserere, dis______isse
6. docēre, ______isse, ______um esse

illiciō -iunt

7. illicere, il______isse, il______um esse
8. intendere, in______isse, in______um esse
9. occidere, oc______isse, oc______ūrum esse
10. pacīscī, ______um esse

pate-fit -fīunt

11. patefierī, pate______um esse
12. pertimēscere, per______isse
13. possidēre, ______isse
14. praestāre, prae______isse

queō queunt

15. quīre, ______isse
16. repellere, ______isse, ______um esse
17. strepere, ______isse, ______um

CAPITVLVM QVINQVAGESIMVM TERTIVM

Lēctiō prīma: versūs 1–152

Exercitium 1

1. Rōmānī ā Cimbrīs et Teutonibus ad flūmen Rhodanum victī sunt ingentī ______________ [= perniciē].
2. Iugurthā victō, Marius ______________ [= iterum] cōnsul factus est.
3. Cum bellum Cimbricum ______________ [= traherētur] tertiō et quārtō eī dēlātus est cōnsulātus.
4. Cimbrī et Teutonēs, quōrum cōpia ______________ [= sine fīne] erat, in Italiā victī sunt ā Q. Catulō et C. Mariō.
5. Catulī exercitus ūnum et trīgintā signa Cimbrōrum ______________ [= rettulit], Mariī duo.
6. Annō ______________ ūndēsexāgēsimō [DCLIX] ab urbe conditā bellum ______________ [= socius] in Italiā coeptum est, quod sociī Rōmānōrum lībertātem sibi aequam ______________ [=arrogāre] coepērunt.
7. Mithridātēs, quī Asiam occupāverat, in Achāiā ā Sullā victus est, sed rēx LXX mīlia mīlitum ______________ [< legere] auxiliō mīsit, quī omnēs duōbus proeliīs exstīnctī sunt.
8. Dum Sulla cum Mithridāte bellum gerit, Marius et Cinna Rōmam ingressī ______________ [< numerus] Rōmānōs nōbilēs interfēcērunt, multōs ______________ [= exsulēs nōmināvērunt] atque ipsīus Sullae domum ______________ [= dīruērunt].
9. Mox vērō Sulla urbem ingressus ducēs Mariānōs vīcit ad portam ______________ [< collis]; quī sē nōn dēdidērunt in aciē et in fugā occīsī sunt īrā victōrum ______________ [= quae satiārī nōn potuit].
10. Sulla dē Mithridāte triumphāvit atque Cn. Pompēius dē Āfricā quārtum et vīcēsimum annum ______________ [= XXIV annōs nātus].
11. In bellō cīvīlī ______________ [= suprā] CL mīlia hominum periērunt, in iīs XXIV cōnsulārēs, VII praetōriī, LX ______________ [< aedīlis], CC ferē senātōrēs.

Exercitium 2

1. Cimbrī et Teutonēs quī fuērunt? ...
2. Quid Rōmānī timuērunt cum cōnsulēs ā Cimbrīs et Teutonibus victī essent? ...
3. Quī cōnsulēs Cimbrōs et Teutonēs vīcērunt? ...
4. Cūr Pīcentēs, Mārsī Paelignīque bellum in Italiā mōvērunt? ...
5. Quot annōs hoc bellum tractum est et quis eī fīnem fēcit? ...
6. Quid fēcit Sulla antequam adversus Mithridātem profectus est? ...
7. Quid Mithridātēs Ephesī litterārum nūntiō effēcit? ...
8. Ubi Sulla Archelāum, ducem Mithridātis, vīcit? ...
9. Cōpiīs Mithridātis in Achāiā exstīnctīs, quid rēx fēcit? ...
10. Cūr Sulla ex colloquiō in Italiam festīnāvit? ...
11. Quid Rōmae factum est, dum Sulla in Graeciā bellum gerit? ...
12. Contrā quōs Sulla in Italiā pugnāvit? ...
13. Quis Carbōnem cōnsulem in Siciliā interfēcit? ...
13. Carbōne cōnsule interfectō, quō Pompēius trānsgressus est? ...
14. Sulla et Pompēius quōs triumphōs ēgērunt? ...

Cap. LIII

Lēctiō I

aedīlicius
agere (annum)
asserere
collīnus
ēvertere
īnfīnītus
īnsatiābilis
interniciō
lēctus
numerōsus
prōscrībere
prōtrahere
reportare
secundō (*adv*)
sescentēsimus
sociālis
ultrā

satiāre = satis dare; *pass* satis habēre

Lēctiō II

abundāns
causam (agere)
celeritās
commorārī
compōnere
congregāre
disertus
doctrīna
ēloquentia
excellere
exercitāre
fervēns
īnfēstāre
īnstituere
iuvenīlis
locuplēs
lūdus (gladiātōrius)
moderārī
nervus
patrōcinium
patrōnus
pīrāticus
praesertim
remittere
rhētor
sagittārius
successus
toga virīlis

Lēctiō secunda: versūs 153–303

Exercitium 3

1. Cum Sulla rem pūblicam ____________ [= ōrdināvisset], Sertōrius in Hispāniā variō ____________ [= fortūnā] contrā Rōmānōs pugnāvit.
2. Interim in Asiā, dum Mithridātēs apud Cyzicum ____________ [= morātur], Lūcullus eum vīcit et Byzantium fugāvit.
3. Eōdem tempore LXXIV gladiātōrēs ē Capuae ________ gladiātōriō effūgērunt ac magnō servōrum exercitū ____________ [con- < grex] bellum servīle mōvērunt.
4. L. Lūcullus, fugātō Mithridāte, etiam Tigrānem, rēgem Armeniae, vīcit, quī cum septem mīlibus quīngentīs equitibus et centum mīlibus ____________ [< sagitta] vēnerat.
5. Pīrātae, quī omnia maria ____________ [< īnfēstus], ā Cn. Pompēiō māximā ____________ [< celer] victī sunt.
6. Bellō ____________ [< pīrāta] cōnfectō, lēx lāta est, ut eīdem Pompēiō mandārētur bellum Mithridāticum, ____________ [= praecipuē] cum is in Ciliciā adesset cum exercitū.
7. Cicerō, ōrātor ____________ [= eloquentissimus] quī hanc lēgem suāsit, erat fīlius equitis ____________ [= dīvitis].
8. Postquam ________ ____________ [< vir] sūmpsit, Cicerō in forō ā Q. Mūciō Scaevolā ____________ [= docēbātur] itemque ā Molōne, ____________ [= magistrō dīcendī] Graecō.
9. Simul ōrātōrēs quī tum ____________ [= praestābant] assiduē audiēbat.
10. Hīs magistrīs in ____________ [< ēloquēns] ____________ [< ex ercēbātur], ut ____________ agere [= reōs dēfendere] disceret.
11. Sex. Rōsciō, parricīdiī reō, ____________ [= dēfēnsor] fuit, eōque ____________ [< patrōnus] māximam laudem meruit.
12. Sed ōrātor ____________ [= ārdēns] ita in dīcendō omnēs ____________ contendēbat ut vōx et vīrēs eum dēficerent.
13. Ergō in Graeciam et Asiam profectus est, ut vōcem ____________ [↔ contenderet] et ōrātiōnī ____________ [= superfundentī] ____________ [= temperāret].
14. Cicerō ipse dē ____________ [< doctor] suā ____________ [< iuvenis] nārrat in librō cui titulus est 'Brūtus' sīve 'Dē clārīs ōrātōribus'.

Exercitium 4

1. Bellō cīvīlī in Italiā compositō, quis bellum in Hispāniā mōvit? ...
2. Quō successū Metellus et Pompēius cum Sertōriō pugnāvērunt? ...
3. Num Sertōrius ā Rōmānīs occīsus est? ...
4. Dardanīs victīs quō ūsque C. Scrībōnius Curiō penetrāvit? ...
5. Cūr P. Servīliō cognōmen 'Isauricō' datum est? ...
6. Quī triumphī tum simul āctī sunt? ...
7. Quem Nīcomēdēs, rēx Bīthȳniae, hērēdem fēcit? ...
8. Quī in Bīthȳniam adversus Mithridātem missī sunt? ...
9. Quod bellum in Italiā ā Spartacō mōtum est? ...
10. Quid fēcit L. Lūcullus postquam Mithridātem ad Cyzicum vīcit? ...
11. Ā quō receptus est Mithridātēs ē rēgnō suō fugātus? ...
12. Victīs Mithridāte et Tigrāne, cūr bellum renovātum est? ...
13. Quod bellum Cn. Pompēius paucīs mēnsibus cōnfēcit? ...
14. Quam lēgem tulit C. Mānīlius et quis eam lēgem suāsit? ...
15. Quārē pater Cicerōnis Rōmam migrāvit? ...

16. Quōs ōrātōrēs excellentēs Cicerō in forō audiēbat? ...
17. Quem parricīdiī reum Cicerō dēfendit? ...
18. Quārē Cicerō in Graeciam Asiamque profectus est? ...

Lēctiō tertia: versūs 304–412

Lēctiō III

Exercitium 5

1. Cicerō adulēscēns noctēs et diēs in omnium doctīnārum ____________ [< meditārī] versābātur, neque ūllus diēs ab ____________ [< exercitāre] ōrātōriīs vacuus erat
2. Ōrātiōnēs ____________ [= mente praeparābat] atque ____________ [= dēclāmābat] cum Latīnē tum Graecē, quia lingua Graeca plūra ōrnāmenta ____________ [= offert].
3. Post ōrātiōnem prō S. Rōsciō, quae māximam ____________ [< commendāre (= laudāre)] habuit, aliās multās ōrātiōnēs dīligenter ____________ [= labōre perfectās] atque ____________ [= nocte ēlabōrātās] habuit.
4. Cum ____________ [= duōs annōs] in causīs agendīs versātus esset, iam nōmen Cicerōnis in forō ____________ [= celeber] erat.
5. Eō tempore Cicerōnī erat summa ____________ [< gracilis] et ____________ [< īnfīrmus] corporis atque collum ____________ [= altum et longum] et tenue.
6. Ea ____________ [= fōrma] vītae perīculum afferre putātur, nisi quiēs labōrum datur.
7. Cicerō vērō omnia sine ____________ [< remittere] et sine ____________ [< varius] dīcēbat vī summā vōcis et laterum magnā ____________ [< contendere].
8. Sed suādentibus amīcīs et medicīs, cum intellegeret remissiōne et ____________ [< moderārī] vōcis opus esse, in Asiam profectus est, ut disceret ____________ [= moderātius] dīcere.
9. Rhodī Cicerō sē ____________ [= sē adiūnxit] ad Molōnem, cum ____________ [< agere] causārum, tum scrīptōrem ____________ [= excellentem].
10. Is Cicerōnem nimis ____________ [= abundantem] iuvenīlī dīcendī ____________ [< impūne] ____________ [< re- + premere] et quasi extrā rīpās ____________ [< dis + fluere] coercuit.
11. Bienniō post Cicerō Rōmam revertit ____________ [= mūtātus], cum nimia contentiō vōcis ____________ [= sēdātus esset] et ōrātiō quasi ____________ [= fervēre dēsiisset].
12. Ōrātōrēs duo tum excellēbant, alter ____________ [< remittere] et ____________ [↔ ācer], alter ____________ [< ōrnāre] et ācer.
13. Postquam Cicerō ūnum annum in Siciliā ____________ [= officiō quaestōris] fūnctus est, ēloquentia eius ____________ [< mātūrus] quandam habēre vidēbātur.
14. Cicerō, ____________ [: futūrus] aedīlis, in patrōciniō Siciliēnsī certāvit cum Hortēnsiō, dēsignātō cōnsule.
15. Cicerō autem nōn dēsistēbat omnī genere exercitātiōnis ac māximē ____________ [= arte scrībendī] ingenium illud suum augēre, ____________ [= quidquid] et ____________ erat, ut ipse ait.
16. Animōs hominum ad sē convertit propter ____________ [< assiduus] et industriam in causīs agendīs et propter ____________ [= accūrātum] et minimē ____________ [< vulgus] ōrātiōnis genus.

āctor
applicāre
assiduitās
biennium
celebrātus
commendātiō
commentārī
commūtāre
contentiō
dēclāmitāre
dēfervēscere
dēsignātus
diffluere
ēlabōrāre
ēlūcubrāre
exercitātiō
exquīsītus
figūra
gracilitās
impūnitās
īnfīrmitās
lēnis
mātūritās
meditātiō
moderātiō
ōrnātus
perspicere
praestāns
praetūra
prōcērus
prōpositum
quaestūra
quantuscumque
quicquid
redundāre
remissiō
remissus
reprimere
resīdere
stilus
suppeditāre
temperātus
varietās
vulgāris

17. Post aedīlitātem Cicerō magnā populī voluntāte ______________ [< praetor] atque cōnsulātum adeptus est.
18. Huic sermōnī Cicerōnis ______________ est [= cōnsilium est] ut labōrem et industriam eius ______________ [= plānē videāmus].

Exercitium 6

1. Quibus doctōribus Cicerō adulēscēns sē dēdidit? ...
2. Cūr Cicerō nōn modo Latīnē, sed etiam Graecē dēclāmābat? ...
3. Quam causam pūblicam Cicerō prīmam ēgit? ...
4. Eō tempore quī habitus corporis et quae figūra Cicerōnī erat? ...
5. Cūr amīcī et medicī eum hortābantur ut causās agere dēsisteret? ...
6. Quid fēcit Cicerō ut cōnsuētūdinem dīcendī mūtāret? ...
7. Quod studium Cicerō Athēnīs renovāvit? ...
8. In Asiā quibus rhētoribus Cicerō studuit? ...
9. Quis Cicerōnem Rhodī artem ōrātōriam docuit? ...
10. Quālis Cicerō Rōmam sē recēpit? ...
11. Quī duo ōrātōrēs tum Rōmae excellēbant? ...
12. Quem honōrem Cicerō petīvit, cum ex Asiā rediisset? ...
13. Cūr Cicerō patrōnus Siculōrum factus est? ...
14. Cūr Cicerō tantā populī voluntāte cōnsul creātus est? ...

Lēctiō grammatica

Lēctiō grammatica: versūs 413–435

Exercitium 7

Nōmina adiectīva facienda sunt additīs suffīxīs -ālis, -ānus, -āris, -ārius, -ātus, -(i)ēnsis, -eus, -icus, -īlis, -īnus, -ius, -ōsus.

1. aetās puer________
2. animus host________
3. ānulus aur________
4. ars poēt________
5. ars ōrātōr________
6. bellum cīv________
7. bellum pīrāt________
8. campus Mārt________
9. castra naut________
10. cīvitātēs foeder________
11. columna marmor________
12. cubiculum hospit________
13. currus triumph________
14. diī immort________
15. discipulus studi________
16. fēmina fōrm________
17. fōrma dīv________
18. homō pecūni________
19. lēgēs agr________
20. lūdī circ________
21. lūdī scaen________
22. mīles glōri________
23. mōns Alb________
24. mōrēs urb________
25. mūrus lapid________
26. nāvis mercātōr________
27. nāvigātiō perīcul________
28. ōstium Tiber________
29. patr________ potestās
30. praeda bell________
31. proelium nāv________
32. pāx flāgiti________
33. sermō vulg________
34. tempestās repent________
35. toga vir________
36. vāsa argent________
37. verba contumēli________
38. vestis preti________
39. vir tog________
40. virginēs Vest________
41. vīta ōti________
42. vocābulum fēmin________

CAPITVLVM QVINQVAGESIMVM QVARTVM

Lēctiō prīma: versūs 1–93

Exercitium 1

1. Mithridātēs sociīs et __________ Rōmānōrum [= iīs quī vectīgālia pendent Rōmānīs] bellum intulit.
2. Tigrānēs ā Rōmānīs ad bellum __________ [= prōvocātus] est.
3. Ex Asiā afferuntur litterae 'ūnum Pompēium ab omnibus cīvibus et sociīs ad id bellum imperātōrem dēposcī atque __________ [= petī]'.
4. In eō bellō __________ [= in perīculō est] glōria populī Rōmānī.
5. Etenim rēx quī tōtā in Asiā omnēs cīvēs Rōmānōs necandōs cūrāvit ēmergere nōndum poenam tantī sceleris __________ [= accēpit]!
6. Illa __________ [= lābēs] iam __________ [= haerēns factus est] ac nimis __________ [in- < vetus] in populī Rōmānī nōmine.
7. Rēx ille scelerātus sē nōn Pontī __________ [< latēre] occultat, sed __________ [= exit] ē rēgnō suō et in sociīs Rōmānōrum versātur!
8. Lēgātīs Rōmānīs __________ [< iniūria] tractātīs, Corinthus dēlēta est – at Mithridātēs impūne tot cīvēs Rōmānōs necāvit!
9. Populus Rōmānus sociīs __________ [= dē sociīs cūram habēre] dēbet itemque cīvibus multīs quī bona sua āmīsērunt.
10. Vectīgālibus Asiae āmissīs, Rōmānī et pācis ōrnāmenta et subsidia bellī __________ [= dēsīderābunt].
11. Mithridātēs, postquam ā Sullā victus est, omne reliquum tempus ad __________ [< comparāre] novī bellī contulit.
12. In Hispāniam lēgātōs mīsit, ut duōbus locīs __________ [= dīversīs] ancipitī __________ [< contendere] bellum gererētur.
13. In Hispāniā exercitus Sertōriānus, quī māximum __________ [< fīrmāre] habēbat, Cn. Pompēiī __________ [< singulī] virtūte dēvictus est.
14. In Asiā L. Lūcullus initiō praeclārās rēs gessit, quās nūlla umquam __________ [< oblīvīscī] dēlēbit, etsī adversa fortūna secūta est.
15. Mīlitēs enim prōgredī recūsāvērunt, id quod Cicerō 'nōn culpae imperātōris, sed fortūnae __________ esse' dīcit.
16. Ōrātiōne Cicerōnis neque vēra laus Lūcullō dētracta, neque falsa __________ [= fingendō adiecta] esse vidētur.
17. __________ [= exōrdium] ōrātiōnis est dē dignitāte atque glōriā imperiī Rōmānī.
18. __________ est vir quī nāvem mercātōriam possidet.

Exercitium 2

1. Ā quibus rēgibus bellum sociīs Rōmānōrum illātum est? ...
2. Quid litterīs ex Asiā dē bellō nūntiābātur? ...
3. Quem sociī et cīvēs ad id bellum imperātōrem dēposcēbant? ...
4. Quae rēs agēbantur in bellō Mithridāticō? ...
5. Quod scelus Mithridātis atrōcissimum inultum relinquēbātur? ...
6. Quī imperātōrēs dē Mithridāte triumphāvērunt? ...
7. Quid rēx fēcit ut in duōbus locīs dīversīs bellum gererētur? ...
8. Quis bellō Hispāniēnsī fīnem dedit? ...
9. Cūr L. Lūcullus Mithridātem nōn dēvīcit? ...
10. Quae causa fuit bellī Achāicī et Corinthī dēlendae? ...

Cap. LIV

Lēctiō I

affingere
agī
comparātiō
cōnsulere (+*dat*)
contentiō
disiūnctus
ēmergere
exōrsus
expetere
fīrmāmentum
iniūriōsus
īnsīdere
inveterāscere
lacessere
latebrae
macula
nāviculārius
oblīviō
requīrere
singulāris
suscipere (poenam)
tribuere
vectīgālis

Lēctiō II

antecellere
commendāre
cultūra
cūstōdia
decuma
differre
diūtissimē
excursiō
exercēre
exigere
exportāre
frūctus
gnāvus
hūmānitās
irruptiō
mānsuētūdō
negōtiārī
opīmus
pāstiō
pecua
pēnsitāre
perbrevis
propter (*adv*)
pūblicānus
ratiōnem habēre
retardāre
scrīptūra
sēiungere
temperantia
ūbertās
ūtilitās

Lēctiō secunda: versūs 94–178

Exercitium 3

1. Sociī Rōmānōrum Pompēium, quī __________ [= prope] erat, imperātōrem contrā Mithridātēn dēposcēbant, cuius adventū in Asiam impetūs hostium __________ [re- < tardus] esse intellegēbant.
2. Quoniam iīs nōn licēbat līberē loquī, tacitī Rōmānōs rogābant ut salūtem suam Cn. Pompēiō __________ [= committerent].
3. Hoc eō magis cupiēbant quod sciēbant Pompēium esse māximā __________ [< temperāns], __________ [= clēmentiā], __________ [< hūmānus].
4. Ita ille ā cēterīs imperātōribus __________ [= dissimilis erat].
5. Asia tam __________ [< opēs] ac fertilis est ut omnibus terrīs __________ [= praestet] __________ [< ūber] agrōrum et varietāte __________ [= frūgum] et magnitūdine __________ [< pāscere].
6. Multae mercēs ex Asiā __________.
7. Sed cum hostēs appropinquant, etiam sī nōndum __________ [< irrumpere] facta est, __________ [= pecudēs] relinquuntur, agrī __________ [< colere] dēseritur, nāvigātiō cessat.
8. Ergō vectīgālia ex __________ [$^1/_{10}$ frūgum] et ex __________ [< scrībere: mercēde prō pāstiōne] āmittuntur.
9. Necesse est vectīgālēs, quī vectīgālia __________ [= pendent], et __________ [< pūblicus], quī vectīgālia __________ [= administrant] atque __________ [= exposcunt], nōn modo calamitāte, sed etiam formīdine calamitātis līberāre.
10. Ūnā __________ [< excurrere] equitātūs hostium __________ [= brevissimō] tempore tōtīus annī vectīgal auferrī potest.
11. Pūblicānī, quī magnās familiās habent in agrīs et in portibus et in __________ [< cūstōs], Rōmānīs frūctuī et __________ [< ūtilis] sunt.
12. Multī cīvēs Rōmānī __________ [= impigrī] et industriī in Asiā __________ [< negōtium] aut illīc pecūniās magnās collocātās habent, quōrum __________ habenda est [= quibus cōnsulendum est].
13. Nōn semper beātissimus est quī __________ [*sup* < diū] vīvit.

Exercitium 4

1. Quis fuit Ariobarzānēs et quid eī accidit? ...
2. Quī duo rēgēs tōtī Asiae imminēbant? ...
3. Cūr sociī certum imperātōrem dēposcere nōn audēbant? ...
4. Quā dē causā Pompēius in Asiam advēnerat? ...
5. Quālem imperātōrem sociī Pompēium esse audīverant? ...
6. Quae bella Rōmānī propter sociōs suōs gessērunt? ...
7. Cūr hōc bellō salūs sociōrum studiōsius dēfendenda erat? ...
8. Cūr vectīgālia Asiae māiōra sunt quam cēterārum prōvinciārum? ...
9. Quid fierī solet cum hostēs appropinquant? ...
10. Quid est negōtium pūblicānōrum? ...
11. Quī cīvēs Rōmānī timēbant nē rem ac fortūnās āmitterentur? ...
12. In bellō Mithridāticō quae rēs dēfendēbantur? ...

Lēctiō tertia: versūs 179–272

Exercitium 5

1. Cicerō dīcit 'ā L. Lūcullō urbem Cyzicum obsidiōne līberātam esse, classem hostium ____________ [= dēmersam], magnās hostium cōpiās dēlētās, urbēs in quibus erant __________ [= domūs] rēgis et __________ [= plūrimās] aliās urbēs captās, atque ipsum rēgem spoliātum ē rēgnō patriō expulsum esse.'
2. Hīs verbīs Cicerō ____________ [= arbitrātur] sē L. Lūcullō satis laudis ____________ [= tribuisse].
3. Rēx fugiēns aurum et argentum ac rēs pretiōsissimās, quās in rēgnum suum ____________ [= contulerat], relīquit.
4. ____________ [< colligere] hārum rērum mīlitēs Rōmānōs in persequendī studiō ____________ [< tardus].
5. Tigrānēs, ____________ [< miser + cor] commōtus, Mithridātēn fugientem excēpit eumque ____________ [= perculsum] ērēxit perditumque ____________ [= rūrsus vigentem fēcit].
6. ____________ [< opīnārī] erat Armeniōrum 'exercitum vēnisse fānī dīvitissimī et ____________ [= sacerrimī] dīripiendī causā.'
7. Mīlitēs Rōmānī, commōtī nimiā ____________ [< longinquus] locōrum ac __________ [< dēsīderāre] suōrum, reditum magis quam __________ [< prōgredī] quaerēbant!
8. Mithridātēs autem, quī magnīs ____________ [< adventus] auxiliīs iuvābātur, rūrsus in exercitum Rōmānum impetum fēcit.
9. Hīc Cicerō gravissimam bellī __________ [= calamitātem] ____________ [= praetermittit].
10. Fortasse Lūcullus iīs ____________ [↔ commodīs] aliquā ex parte ____________ [= remedium dare] potuisset, sed tum eī successor missus est M'. Glabriō.
11. Certē Rōmānī ea quae Cicerō ____________ [= cōnsiliō] praeterit ____________ perspicere [: intellegere] poterant.
12. Medēam ____________ [= nārrant] in fugā frātrem suum necāvisse et membra eius __________ [= dispersisse], ut patrem persequentem retardāret.

Exercitium 6

1. Postquam dē genere bellī dīxit, dē quā rē dīcit Cicerō? ...
2. Cui imperātōrī Cicerō magnam laudem dēbērī dīcit? ...
